HISTORIA CRITICA
SCHOLIASTARUM ET COMMENTATORUM
GREGORII NAZIANZENI

MELETEMATA PATRISTICA. I.

HISTORIA CRITICA
SCHOLIASTARUM ET COMMENTATORUM GREGORII NAZIANZENI

SCRIPSIT

IOANNES SAJDAK

PARS PRIMA

DE CODICIBUS SCHOLIASTARUM ET COMMENTATORUM GREGORII NAZIANZENI.
ACCEDIT APPENDIX DE PSEUDOGREGORIANIS ET GREGORII ENCOMIIS.

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM
APUD BIBLIOP. G. GEBETHNER ET S. CRACOVIAE, GEBETHNER ET WOLFF VARSOVIAE.
1914.

TYPIS UNIVERSITATIS IAGELLONICAE, PROVISORE IOSEPHO FILIPOWSKI.

Propositum est mihi singulis aliquot dissertationibus orationum Gregorii Nazianzeni scholiastarum et commentatorum saec. VI—XIV (Nonnus — Nicephorus Callisti Xanthopulus) fontes primum exponere, ex quibus in scholiis componendis hauserint, deinde rationes, quae inter singulos commentatores et scholiastas intercedant, explicare, tum vim illustrare et auctoritatem, quam in studiis Gregorianis et litterarum historia habeant. Attamen cum omnia scholia eis (fragmentis maximam partem), quae Graece Richardus Montagu[1]), Christ. Fridericus Matthaei[2]), Fridericus Creuzer[3]), I. Franciscus Boissonade[4]), Ludovicus de Sinner[5]), Angelus Mai[6]), Fran-

[1]) S. Gregorii Nazianzeni in Iulianum invectivae duae cum scholiis Graecis nunc primum editis, omnia ex bibliotheca clariss. viri D. Henrici Savilii edidit... Etonae 1610. Sunt Nonni qui dicitur historiae in oratt. 4. 5. quae repetitae sunt in P. G. vol. 36 col. 985—1058. (Nonnullas historias protulit A. Westermann, Mythographi Graeci. Brunsvigae 1843, p. 359—389 passim). In libro exhibentur etiam Anonymi (Georgii Moceni? Cf. infra) commentarii in oratt. 4 et 5 (= P. G. vol. 36 col. 1205—1256 ***).

[2]) S. Gregorii Nazianzeni orationes binae (oratt. 1 et 11) Graece et Latine, varias lectiones, commentarium duplicem et scholia numquam antea edita ex codd. mss. Mosquensibus adiecit... Mosquae 1780. Exstant in libro commentarii Nicetae Heracleensis in oratt. 1 et 11, qui denuo typis expressi sunt in P. G. vol. 36 col. 943—984.

[3]) Meletemata e disciplina antiquitatis... pars I (Lipsiae 1817) p. 60—97. Publicantur viginti historiae in or. 43 ex codicibus Monacensibus Gr. 131 saec. XVI et 163 saec. XVI.

[4]) Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque du Roi et autres bibliothèques vol. XI, 2 (Paris. 1827) p. 55—156 (= P. G. 36 col. 1073—1180). Sunt commentarii Basilii Minimi in oratt. 4, 5, 25 sumpti ex cod. Paris. Gr. 573 saec. XI. Ex eodem codice fragmenta e commentariis Basilii proposuit idem Boissonade in adnotationibus ad Cynicorum epistulas, ad Nicetam Eugenianum, ad Herodianum, ad Eunapium, in Anecdotis Graecis, tum Fr. Iac. Bast in editione Gregorii Corinthii (De dialectis linguae Graecae...) confecta a Godofr. Henr. Schaefero (Lipsiae 1811).

ciscus Oehler [1], Albertus Iahn [2], Aeneas Piccolomini [3], Victorius Puntoni [4], Eduardus Norden [5], Augustus Heisenberg [6].

---

[5]) S. Gregorii Nazianzeni Theologi in Caesarium fratrem oratio funebris... Parisiis 1836, p. 35—52, ubi expromuntur commentarii Basilii Minimi in or. 7 ad fidem cod. Paris. Gr. 573 saec. XI (= P. G. vol. 36 col. 1181—1206).

[6]) Spicilegium Romanum vol. II (Romae 1839) p. 374 sqq. Codicibus Vaticanis usus emisit in lucem auctor editione Friderici Creuzeri neglecta tredecim historias in or. 43 totidemque in or. 39 omissis eis, quae in commentariis Cosmae Hierosolymitani in unico codice Vaticano Gr. 1260 asservatis (cf. A. Mai, Spicileg. Roman. II = P. G. 38, 339—680) leguntur. Cf. P. G. 36, 1057—1072.

[1]) S. Patris nostri Maximi Confessoris de variis difficilibus locis SS. PP. Dionysii et Gregorii ad Thomam... (Anecdota Graeca tom. I) Halis 1857 (= P. G. vol. 91 col. 1027—1418). Luce donantur expositiones ambiguorum aliquot locorum in orationibus S. Dionysii et Gregorii Nazianzeni (oratt. 7, 14, 21, 23, 25, 27, 28, 29, 30, 34, 38, 39, 40, 41, 43, 44, 45, epist. 101, carm. II, 2), quae expositiones in cod. Gudiano Gr. 39 saec. XIII inveniuntur.

[2]) Eliae metropolitae Cretae commentarii in S. Gregorii Nazianzeni orationes XIX e cod. ms. Basileensi excerpsit et annotationem cum in Eliae commentarios tum in S. Gregorii orationes XIX adiecit... Accedunt Basilii aliorumque scholia in S. Gregorii orationes e codicibus Monacensibus excerpta, Bernae Helvetiorum 1858. Libellus, qui et separatim prodiit et in P. G. vol. 36 col. 737—932 repetitus est, exhibet Eliae Cretensis commentarii fragmenta tantummodo exigua ex cod. Basil. Gr. A. N. I. 8 saec. XII—XIII sumpta in oratt. 27, 28, 20, 29, 30, 31, 32, 6, 23, 22, 33, 26, 36, 3, 9, 13, 12, 17, 10. Praeterea occurrunt scholia Basilii Minimi ex cod. Monac. Gr. 34 saec. XVI (a. 1551), Nicetae Heracleensis ex cod. Monac. Gr. 216 saec. XIV (a. 1348), Anonymi ex codd. Monacc. Gr. 204 saec. XIII et 499 saec. XIII excerpta.

[3]) Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno. Estratti inediti dai codici greci della biblioteca Mediceo-Laurenziana. Annali delle Università Toscane, vol. XVI, 1 (Pisae 1879), pag. I—XLII et 229—275. Proferuntur excerpta scholiorum in Gregorii orationes 2, 4, 5, 9, 10, 12, 15, 16, 17, 18, 19, 21, 22, 24, 25, 27, 28, 29, 31, 32, 33, 43 anonymorum, quae in margine cod. Laurent. VII, 8 saec. XI comparent maiusculis litteris scripta. Nonnulla scholia ex eodem codice apographo Piccolominii usus publicavit A. Kirchhoff, Zu Demosthenes Kranzrede § 289 sq. Herm. vol. 6 (1872) p. 487—493.

[4]) Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno. Studi di filologia greca pubblicati da E. Piccolomini vol. I (Torino 1886) p. 133—180 et p. 207—246. Leguntur ibidem excerpta ex scholiis Basilii Minimi et Georgii Moceni, quae in codd. Laurent. IV, 13 saec. X nec non in Vatic. Gr. 436 saec. X et Vatic. Gr. 437 saec. X extant (in codd. Vaticc. tantummodo scholia

Thaddaeus Sinko 1), Ioannes Sajdak 2) — Latine Iohannes Leunclavius 3), Iacobus Billius 4) — Armenie Agop Manandian 5)

Basilii Minimi leguntur) in oratt. 15, 19, 21, 24, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45.

5) Scholia in Gregorii Nazianzeni orationes inedita. Hermes vol. 27 (1892) p. 612—642. Publicavit illic vir doctus fragmenta scholiorum, quae leguntur in codd. Monac. Gr. 34 saec. XVI (a. 1551) [Basilius Minimus], Monac. Gr. 204 saec. XIII (scholia anonyma scripta in margine), Monac. Gr. 499 saec. XIII (scholia anonyma exarata in margine), Oxoniens. Colleg. B. Mariae Magdalenae num. 5 saec. XI, Laurent. VII, 8 saec. XI, Laurent IV, 13 saec. X. Excerpta, quae ad philosophiam, mythologiam, litteras, varia spectant, pertinent ad oratt. 2, 8, 15, 18, 19, 25, 27, 28, 29, 30, 31, 33, 36, 38, 39, 41, 42, 43. Scholia autem, quibus res theologicae in orationibus 21, 29, 30, 31, 42 explicantur, deprompsit Edu. Norden (Unedirte Scholien zu den Reden Gregors von Nazianz) in Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie vol. 36 (1893) p. 441—447.

6) Georgii Acropolitae opera. Vol. II (Lipsiae 1903) p. 70—80: *Τοῦ ϲοφωτάτου μεγάλου λογοθέτου κυροῦ Γεωργίου τοῦ Ἀκροπολίτου ἑρμηνεία τῶν θεολογικῶν ῥητῶν τοῦ τε ‛ἔϲτι γὰρ καὶ τὸ ἓν ϲταϲιάζον πρὸϲ ἑαυτὸ πολλὰ γίνεϲθαι’ καὶ τοῦ ‛μονὰϲ εἰϲ δυάδα κινηθεῖϲα μέχρι τριάδοϲ ἔϲτη.’* Explanat Georgius sententias ex oratione 29 depromptas (cap. 2. P. G. 36, 76 B).

1) Studia Nazianzenica. Pars I: De collationis apud Gregorium Nazianzenum usu et de Terrae et Maris contentione quadam Pseudogregoriana (Seorsum impressum e t. XLI Dissertationum [Rozprawy...] philologicae Classis Academiae Litter. Cracoviensis), Cracoviae 1906, p. 61—64: *[Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου] Δικαιολόγοϲ τῆϲ Γῆϲ καὶ τῆϲ Θαλάϲϲηϲ εἰϲ ἔλεγξιν καὶ μάχην.* Qui dialogus explicationis vice fungi potest eorum, quae in orat. 43 c. 42 (P. G. 36, 577 B) leguntur: *ὥϲπερ δὲ γῆ καὶ θάλαϲϲα, τὰ παρ’ ἑαυτῶν ἀλλήλοιϲ ἀντιδιδόντεϲ, εἰϲ μίαν δόξαν Θεοῦ ϲυντρέχωϲι.*

2) De codicibus Graecis in Monte Casino (Seorsum impressum e t. L Dissert. philol. Cl. Acad. Litt. Cracov.), Cracoviae 1912, p. 50—53. Proferuntur anonyma scholia marginalia ex cod. Casin. G. 432 saec. X—XI sumpta ad oratt. 21, 38, 39, 40, 44.

3) In editionis Basileensis Operum Gregorii Nazianzeni (a. 1571 ex officina Hervagiana) parte prima, ubi publici iuris fiunt integri fere Eliae Cretensis commentarii ex cod. Basil. Gr. A. N. I. 8 saec. XII—XIII in Latinum versi ab Iohanne Leunclavio.

4) Commentarios Eliae Cretensis in oratt. 2, 4, 5, 7, 18, 25, 34, epist. 101, 102, qui desunt in cod. Basil. Gr. A. N. I. 8, Latine ex cod. Vatic. Gr. 1219 saec. XIII ex. publicavit Iac. Billius in editione Parisina operum Gregorii Nazianzeni a. 1583 confecta. Praeter haec scholia vulgavit Iac. Billius in editionibus suis fragmenta (et integras expositiones in oratt. 38, 39, 40, 41, 44, 45, quae nunc optime in P. G. vol. 127 col. 1177—1480 leguntur) Nicetae Heracleensis expositionis, cui immixta sunt excerpta ex in-

publici iuris fecerunt, exceptis inedita [1]) adhuc in diversis bibliothecis delitescant, libello hoc, accurate quantum possim examinare codices eorumque auctoritatem recensere, tum quae cuiusque generis scholia composuerint illi scholiastae, quo statu et loco corrupta an integra hodie conserventur, exponere exemplisque aptis demonstrare constitui.

Quae fundamenta ubi posita sunt, tum demum reliquae historiae partes de fontibus scholiastarum eorumque auctoritate facilius exstrui et magis perspicue proponi possunt.

Quaestionibus de vita, scriptis, fontibus, auctoritate scholiastarum in proximas partes historiae dilatis hic tantummodo ea propono, quae ad scholia illustranda maxime sunt necessaria, praesertim cum tractetur de auctoribus, de quibus A. Ehrhard-C. Krumbacher (Geschichte der byzantinischen Litteratur [2]. München 1897) pluribus agunt [2]). Cum autem de scholiastis, de quibus apud illic pauca vel nulla sunt dicta, agitur, quae gravioris sunt momenti iam nunc proferenda putavi [3]).

Scholiorum auctores ordine temporis, quo floruerunt, servato tractavi, codices autem litterarum ordine disposui perspicuitatis causa.

Ut quam plurima — omnia dicere non audeo —, quae ad studia Gregoriana pertinent, uno loco congerantur, in Appendice

---

terpretatione Michaelis Pselli. In Leunclavii editione Basileensi interpretationis Pselli fragmentum exstat pag. 1067—1089).

[5] Die Scholien zu fünf Reden des Gregor von Nazianz. Zeitschrift für armenische Philologie vol. I (1902) p. 220—302. In libro et separatim publicato sub eodem titulo (Marpurgae 1903) edidit Manandian Armeniaca scholia mythologica in oratt. 39, 43, 4, 5, 24, quae in codicibus Davidi Anhałt', Armenio philosopho, adscripta ex eodem fonte atque scholia Nonni sunt hausta. Cf. o. l. p. 220 sq.

[1]) Me semper scholia tantummodo ad orationes pertinentia in animo habere semel moneo.

[2]) De Gregorii Nazianzeni scholiastis in universum tractant Ehrhard-Krumbacher p. 138, 679 sq., O. Bardenhewer, Patrologie [3], Friburgae Br. 1910, p. 253., Geschichte der altkirchlichen Literatur, vol. III, ibid. 1912, p. 178 sq., Aen. Piccolomini l. l. p. VI sqq., V. Puntoni l. l. p. 135 sqq., Ed. Norden l. l. p. 606 sq.

[3]) Nonnulla de Gregorii Nazianzeni scholiis eorumque auctoribus disserui in Bulletin de l'Académie des Sciences de Cracovie, Juillet-Octobre 1912.

tum de scriptis, quae vulgo Gregorio adscribuntur, dissero, tum encomia, quibus auctores Byzantini Gregorium eiusque scripta laudabant, commemoro.

I.

Vetustissimis scholiis ad orationes Gregorii Nazianzeni attribuuntur historiae, quarum auctor, qui vulgo **Nonnus**[1]) vocatur, operam dedit, ut res in orationibus 4, 5 (Invectivae in Iulianum imperatorem), 39 (In S. Lumina), 43 (In laudem Basilii Magni) ad Graecorum antiquitatem spectantes explicaret atque enarraret. Historiae in plurimis exstant codicibus saepissime sine auctoris nomine (*Συναγωγὴ καὶ ἐξήγηϲιϲ ὧν ἐμνήϲθη ἱϲτοριῶν ὁ ἐν ἁγίοιϲ πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριοϲ ὁ θεολόγοϲ ἐν τῷ...*); in septem tantummodo libris manu scriptis mihi notis nomen auctoris est traditum. In cod. Mosquensi Synod. 149 $\binom{54}{\text{LV}}$ saec. XI fol. 152 manus saec. XV adnotavit ad historias: *Οὐκ ἔϲτιν αὕτη ἡ ἐξήγηϲιϲ τοῦ ἁγίου· ἀλλὰ Νώννου τοῦ ἀββᾶ*[2]). In cod. Vindobonensi theol. Gr. 120 Ness. saec. XI fol. 96 manus saec. XVI inscripsit historias: „*ΝΟΝΝΌΥ ΜΟΝΑΧΌΥ τινοϲ ἔοικέν τιϲιν* || et praeterea Billius ita prodidit“ [3]). Utriusque codicis inscriptio gravioris momenti esse non potest utpote manu posteriore apposita. Si rem persequimur, historiarum auctoris nomen apparet in cod. Parisino Gr. 522 saec. XV (a. 1443) scripto, ubi fol. 406 et alibi historiae in singulas orationes (43, 39, 4, 5) ita inscribuntur: *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου ϲυναγωγὴ καὶ ἐξήγηϲιϲ τῶν Ἑλληνικῶν ἱϲτοριῶν, ὧν ἐμνήϲθη ὁ πάνϲοφοϲ καὶ ἐν ἁγίοιϲ μέγαϲ Γρηγόριοϲ ὁ θεολόγοϲ εἰϲ τὸν ἐπιτάφιον... κτλ.*, aut (or. 39): *Τοῦ αὐτοῦ μοναχοῦ Νόννου ἐξήγηϲιϲ... κτλ.* Codex Mediolanensis AD. XV. 5 [Bibl. nazion. di Brera]

---

[1]) De nonnullis historiarum codicibus, de scriptoribus, qui usi sunt Nonni commentariis, de Nonno eiusque aetate disseruit Edvinus Patzig, De Nonnianis in IV orationes Gregorii Nazianzeni commentariis, Lipsiae 1890 (Jahresbericht der Thomasschule in Leipzig über das Schuljahr 1889/1890). Cf. Piccolomini l. l. p. XII—XVI.

[2]) P. G. 36, 938 A. Patzig l. l. p. 25.

[3]) Patzig l. l. p. 25.

saec. XV fol. 172 tradidit nomen auctoris ita: *Τοῦ ἀββᾶ Νόνου συναγωγὴ καὶ ἐξήγησις... κτλ.* In cod. Parisino Gr. 2551 saec. XV—XVI fol. 180—203 exstant historiae in or. 43 inscriptae ita: *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου συναγωγὴ καὶ ἐξήγησις... κτλ.* Codex autem Lugdunensis Batav. XVIII. 16. H* saec. XVII (a. 1652) conservavit lemma fol. 1: *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου συναγωγὴ καὶ ἐξήγησις... κτλ.* Si aetatem codicum spectamus, necesse est et hos tres codices in quaestione solvenda minime valere censeamus; statui enim potest Nonni nomen renascentibus saec. XV litterarum studiis in codices invasisse. Restat tamen codex Londiniensis Brit. Mus. Addit. 18231 saec. X (a. 972) scriptus, qui in quaestione, de qua agitur, maximi sit momenti. Historiae, quae in codice post orationes Gregorii leguntur (fol. 318—323), adscribuntur Nonno. Ed. Patzig, cum ante hos viginti tres annos historiarum editionem criticam praepararet, etiam in codice Londiniensi Nonni nomen recentiore tempore additum esse suspicatus E. M. Thompsonum, Londiniensi bibliothecae praefectum, per litteras interrogavit, nonne a recentiore manu auctoris nomen adscriptum esse videretur. E. M. Thompson respondit haec: „The title in 18231 fol. 318 is written thus

+ Τ̆ ʼΑΒΒᾹ ΝΌΝΟΥ
ΣΥΝΑΓΩΓῊ Κ\ ʼΕΞΉΓΗΣΙΣ...

You will thus see that the name of Nonnos is an addition but it seems to be of the same time as the title, if not be the same hand. It is the same ink, and I see no reason against its being by the same hand“ [1]). Etiam G. Przychocki, qui a. 1911 codicem in manibus habuit, certiorem me fecit lemma prima manu esse exaratum. Necesse est igitur pro certo ponere nomen auctoris iam ante a. 972 exstitisse. Quae cum ita sint, mirum videri potest, cur posteriores scholiorum auctores (Cosmas Hierosolymitanus, Basilius Minimus, Elias Cretensis, Nicetas Heracleensis), qui ex Nonni quae feruntur historiis tamquam ex fonte hauserunt, historias et collectionem historiarum [2]), nusquam

[1]) Patzig l. l. p. 25

[2]) Ex. gr. *Τὰς ἔξωθεν ἱστορίας...* Cosmas Hierosol. P. G. 38, 345 et 619. *Ἱστορίαι ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἐμφερόμεναι...* 619 sq. *Τὸ μὲν οὖν εἰπεῖν ʼμελαίνεις*

earum auctorem laudaverint[1]). Saec. XII autem Ioannes Tzetzes historias sibi haud minime notas, de quibus nunc agitur, Maximo cuidam in Chiliad. IX hist. 291 (p. 357 Kiessling) attribuit [2]). Quibus comparatis coniciendum est historiarum auctorem collectionem suam utpote anonymum opus edidisse. Sed qua sententia scriba vel scribae ducti historias Nonno aut Maximo adscripserunt? Interrogantibus quae respondit Patzig p. 26 a me probata liceat mihi hoc loco proferre: „Byzantii litterarum studiis vel inde a decimo saeculo efflorescentibus cum multi hos commentarios describerent, alii in fontium numero haberent, quaeri coeptum est, a quo scriptore qua aetate confecti esse viderentur; tum vetustate eorum librorum, qui circumferebantur, suadente ab aliis Nonno Panopolitano, qui maiorem quam pro monachorum ignorantia habuisse putaretur antiquitatis notitiam, ab aliis Maximo illi Confessori, quem ineunte septimo saeculo Gregorii orationes commentatum esse cognoverant, tributi sunt". Proprietate sermonis tamen, qui cum barbarismis Ioannis Malalae Antiocheni (saec. VI) miram similitudinem habet [3]), et enarrandi genere [4]) quaesitis perpensisque

---

τὸν χάρτην' τῆς ἐκ τῶν ἔξωθεν συγγραφῆς ἐστιν ἱστορία..., 468. *Τὰς δὲ λοιπὰς τῶν ἱστοριῶν πλατύτερον ἐκτεθειμένας εὑρήσεις ἄλλοθι καὶ περίεργον λοιπὸν πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἀδολεσχεῖν*... Basilii Minimi scholion in or. 4. P. G. 36, 1105 D. *Περὶ τῶν ἄλλων ἱστοριῶν εἴρηται πολλάκις*... Basil. Min. schol. in or. 4. P. G. 36, 1116 C. *Περὶ Ὀρφέως... καὶ ἐν ταῖς φερομέναις ἱστορίαις πλατύτερον εὑρήσεις*... Basil. Minim. schol. in or. 5. P. G. 36, 1145 A. *Ἴσιδες καὶ Ἄπιδες καὶ Μενδήσιοι. Αἰγύπτιοι καὶ οὗτοι οἱ θεοί, περὶ ὧν ἐλέχθη*. Basil. Minim. schol. in or. 5. P. G. 36, 1148 A.

[1]) Eos, qui Nonnum Gregorii commentatorem eundem atque Nonnum Panopolitanum esse putabant, docuit Ricardus Bentley (Dissertation upon the Epistles of Phalaris etc. ed. G. Wagner, Berol. 1874, p. 89 sqq.) inter utrumque Nonnum nullam posse rationem intercedere. Cf. Patzig o. l. p. 26.

[2]) Coniectura Vold. Ribbeckii (Rich. Bentley's Abhandlungen über die Briefe des Phalaris... Lipsiae 1857, adnotationes p. 598 sq.), qui putat Maximum hunc esse eundem atque Maximum illum Cynicum, primo amicum Gregorii Naz. tum eius adversarium, mihi non arridet, ut quae nullo testimonio fulciri possit. Cf. Sajdak, Quaest. Nazianz. I: Quae ratio inter Gregorium Naz. et Maximum Cynicum intercedat. Eos vol. XV (1909) p. 18 sqq.

[3]) Exempla videas apud Patzigium p. 28 sq. Cf. ibidem p. 26 sq.

[4]) Insulas, oppida, montes etc., quae in Italia, Graecia, Asia Minore fuerunt, uberioribus verbis describit auctor ita, ut et ipsi et eis, quorum in usum historias conscripserit, ignota esse videantur. Ex. gr.: *Σικελία νῆσός ἐστι μεγίστη διακειμένη περὶ Ἰταλίαν. Ἐν ταύτῃ ἐστὶ πόλις Κατάνη οὕτω καλουμένη. Ὑπεράνω*

statuit Patzigius commentariorum auctorem verum in Syria vel Palaestina vixisse et historias saec. VI ineunte conscripsisse.

Historias primum Graece edidit Richardus Montagu (= P. G. 36, 985—1058)), postea Fridericus Creuzer [1]) et Angelus Mai (= P. G. 36, 1057—1072) [2]); Latine publicavit historias in or. 4 et 5 aliquotiens Iacobus Billius in suis editionibus operum Gregorii Nazianzeni [3]).

Paucissimis, quam potui, de historiis earumque auctore praemissis nunc de codicibus disserendum est. Exhibentur igitur historiae in libris manu scriptis, qui sequuntur:

Codex Atheniensis 1077 chartac. ff. 300 (mm. 220 × 160) saec. XV (a. 1465) scriptus num. 7 continet historias in or. 39 [4]).

Athous 789 [87 *Ξενοφῶντος*] chartac. in 8⁰ saec. XVIII; num. 4 sunt historiae in or. 4 [5]).

Athous 1019 [154 *Σταυρονικήτα*] chartac. ff. 206 in 8⁰; num. 2 historiae in or. 4 [6]).

Athous 1038 [4 *Παντοκράτορος*] membran. saec. XIV. In fine codicis exstant historiae in or. 4 [7]).

δὲ τῆς Κατάνης ἐςτὶν ὄρος... Hist. in or. 4. P. G. 36, 1009 C. *Πάταρα πόλις ἐςτὶ τῆς Λυκίας. Λέγεται δέ, ὅτι ἐν ταύτῃ ἐςτὶν ὄρος*... Hist. in or. 4. P. G. 36, 1012 C. *Φωκὶς χώρα ἐςτὶν ἐν τῇ Ἑλλάδι. Ἐν ταύτῃ ἐςτὶ πόλις καλουμένη Δελφοί*... Hist. in or. 5 P. G. 36, 1045 A. De Tyro autem (*Ἐν Τύρῳ παρὰ τὴν αἰγιαλὸν κύων ποιμενικὴ πορευομένη*... Hist. in or. 4 P. G. 36, 1020 A), et de Antiochia (*Ἔςτι πηγὴ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν, ἐν ᾗ ὁ Ἀπόλλων ἐφεδρεύει*... Hist. in or. 39 P. G. 36, 1069 D) nulla profert; Gades describens ait esse eas „maris terminum et quasi seiunctionem nostri maris a mari Atlantico": *Γάδειρα τόπος ἐςτὶ περὶ τὰ Ἑςπέρια μέρη· ὁ τόπος δὲ οὗτος ἀποτελεύτηςίς ἐςτι θαλάςςης καὶ οἱονεὶ ἔκκριςις ἀπὸ τῆς ὡς πρὸς ἡμᾶς θαλάςςης ἐπὶ τὴν Ἀτλαντίδα θάλαςςαν*... Hist. in or. 43. P. G. 36, 1064 AB.

1) Meletemata e disciplina antiquitatis... pars I (Lipsiae 1817) p. 60—97. Publicantur illic historiae viginti in or. 43 ex codd. Monacc. Gr. 131 saec. XVI et 163 saec. XVI.

2) Spicilegium Romanum vol. II (Romae 1839) p. 374 sqq. Codicibus Vaticanis usus edidit Ang. Mai tredecim historias in or. 43 totidemque in or. 39 commentario a Cosma Hierosolymitano ad Gregorii carmina condito adiunctas.

3) Primum in editione Parisiis a. 1569 confecta.

4) *Ἰ. καὶ Ἀ. Ἰ. Σακκελίων, Κατάλογος τῶν χειρογράφων τῆς ἐθνικῆς βιβλιοθήκης τῆς Ἑλλάδος, ἐν Ἀθήναις* 1892, p. 192.

5) *Σπ. Π. Λάμπρος, Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ ἁγίου ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων*, vol. I (Cantabrigiae 1895), p. 71.

6) Catal. l. p. 89. 7) Cat. l. p. 92.

Athous 1783 [20 *Φιλοθέου*] membran. in 4° saec. XIII. Post Gregorii Nazianzeni orationes 16 (*οἱ ἀναγινωσκόμενοι λόγοι*) leguntur historiae in oratt. 43 et 39 [1]).

Athous 2777 [103 *Δοχειαρίου*] chartac. in 8° saec. XV. Initio codicis exstant historiae in oratt. 4 et 5 [2]).

Athous 2788 [114 *Δοχειαρίου*] chartac. in 8° saec. XVI; num. 12 historiae in orationes Gregorii Nazianzeni [3]).

Athous 3725 [191 *Διονυσίου*] chartac. in 8° saec. XV; num. 3 historiae in or. 43 [4]).

Athous 3783 [249 *Διονυσίου*] chartac. in 8° saec. XVII; num. 7 historiae in or. 4 [5]).

Athous 4147 [27 *Ἰβήρων*] membran. ff. 438 saec. XI. In fine codicis exstant historiae in oratt. 4 et 5 [6]).

Athous 4215 [95 *Ἰβήρων*] chartac. in 16° saec. XVIII; fol. 197—221 sunt historiae in or. 39 [7]).

Bernensis Gr. 449 chartac. ff. 80 (mm. 228 × 165) saec. XVI [8]); fol. 58—59 leguntur historiae in singula dicta sumpta ex oratione 15 (L. *Ἱστορίαι τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, ὧν ἐμνήσθη ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τοὺς Μακκαβαίους. Ἡ μασθοὺς παρεδείκνυ καὶ τροφῆς ἀνεμίμνησκε.* Or. 15 c. 4. P. G. 35, 916 C) et 24 (L. *Ἐκ τοῦ εἰς τὸν Κυπριανὸν λόγου· Οὐ κότινος οὐλυμπιακοῦ οὔτε μῆλα δελφικὰ παίγνια οὔτε ἰσθμικὴ πίτυς.* Or. 24 c. 19. P. G. 35, 1193 A).

Berolinensis Gr. quart. 46 chartac. ff. 442 saec. XVI. *Βιβλίου πέμπτου* cap. *ϲα´* sqq. sunt historiae in or. 43 [9]).

---

[1]) Cat. l. p. 152.

[2]) Cat. l. p. 246.

[3]) Cat. l. p. 249.

[4]) Cat. l. p. 357.

[5]) Cat. l. p. 383.

[6]) Cat. l. vol. II (1900), p. 4.

[7]) Cat. l. II p. 18.

[8]) I. Sajdak, Rękopisy dzieł św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach szwajcarskich. Eos vol. XVII (1911) p. 196 sq. Cf. I. Dräseke, Über die Handschriften des Gregor von Nazianz in den Bibliotheken der Schweiz. Wochenschr. f. klass. Philol. vol. 29 (1912) col. 861. P. Marc, Byz. Zeitschr. vol. 21 (1912) p. 605.

[9]) Die Handschriften-Verzeichnisse der königl. Bibliothek zu Berlin, Bd. XI: Verzeichniss der griechischen Handschriften... von W. Studemund-L. Cohn et C. Boor (Berol. 1890 et 1897), p. 200 sq.

Berolinensis Gr. Phillipp. 1611 [= 350 Meerm. 391 C Clar.] chartac. ff. 15 (mm. 207 × 143) saec. XV; fol. 8—9 excerpta historiarum in or. 4 [1]).

Bononiensis Gr. A. I. 13 [Bibl. comunale] chartac. ff. 196 saec. XV; fol. 117—124 historiae in or. 4 usque ad verba: ...*παραδίδοτο δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο τὸ αἴνιγμα· κυ* . Cf. P. G. 36, 993 C [2]).

Bruxellensis Gr. 11385 [Bibl. regia] chartac. ff. 145 (mm. 208 × 145) saec. XVI continet historias in orationes 4 (fol. 1—80), 5 (fol. 80—112), 43 (fol. 112—129), 39 (fol. 129—fin.) [3]).

Bucarestensis Gr. 676 [187] chartac. ff. 398 (mm. 240 × 170) saec. XVIII. Fol. 136—161ᵛ leguntur historiae in or. 4. fol. 161ᵛ—184 historiae in or. 5 [4]).

Bucarestensis Gr. 724 [496] chartac. pagg. 406 (mm. 210 × 160) saec. XVIII. Pagg. 205—264 insunt historiae in oratt. 4 (pag. 205—233), 5 (pag. 234—246), 43 (pag. 246—253). 39 (pag. 253—260) [5]).

Caesenatensis Gr. XXVIII, 5 membran. ff. 280 (mm. 282 × 222) saec. XI—XII in. [6]). Post Basilii Minimi et Georgii scholia in orationes Gregorii Nazianzeni continentur codice historiae in orationes 39 (fol. 256—259), 43 (fol. 259—262ᵛ), 4 (fol. 262ᵛ—275ᵛ), 5 (fol. 275ᵛ—280).

Caesenatensis Gr. XXIX, 1 membran. ff. 449 (mm. 435 × 315) saec. XII manu *Ἰωακεὶμ* cuiusdam exaratus [7]) continet in fine historias in orationes 43 (fol. 436—438ᵛ), 4 (fol. 438ᵛ—445ᵛ), 5 (fol. 445ᵛ—447ᵛ), 39 (fol. 447ᵛ—448).

---

[1]) Cat. l. p. 90.

[2]) A. Olivieri-N. Festa, Indice de' codici greci Bolognesi. Studi ital. di filol. class. vol. 3 (1895) p. 476.

[3]) H. Omont, Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque royale de Bruxelles et des autres bibl. publ. de Belgique. Revue de l'instruct. publ. en Belgique vol. XXVII—XXVIII p. 12. Cf. Catalogue des manuscrits de la bibl. royale des ducs de Burgogne... tome I (Bruxell. et Lipsiae 1842) p. 228.

[4]) C. Litzica, Catalogul manuscriptelor greceşti, Bucureşti 1909, p. 408.

[5]) Cat. l. p. 472.

[6]) I. M. Muccioli, Catalogus codd. mss. Malatestianae Caesenatis Bibliothecae, vol. I (Caesenae 1780) p. 103.

[7]) Cat. l. vol. I p. 106. Cf. M. Vogel-V. Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance (XXXIII. Beiheft zum Zentralblatt für Bibliothekswesen), Lipsiae 1909, p. 166.

Caesenatensis Gr. XXIX. 4 membran. ff. 270 (mm. 270 × 200) saec. XI exaratus est. Post Basilii Minimi commentarios in orationes Gregorii Nazianzeni exhibentur in codice historiae in orationes 4 (fol. 264—268ᵛ; post fol. 266 desunt aliquot folia) et 43 (fol. 268ᵛ—269ᵛ) [1].

Cantabrigiensis [Trinity College] 209 membran. ff. 358 (mm. 334 × 243) saec. XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni leguntur historiae in oratt. 39 (fol. 327ᵛ—331), 4 (fol. 331—350), 5 (fol. 350—fin.) [2].

Cantabrigiensis [Univ. Libr.] Dd. XI. 54 chartac. pagg. 292 in 8⁰ saec. XV. Continentur in codice etiam historiae in orationes 4 (pag. 197—219), 43 (pag. 219—225), 39 (pag. 225—229) [3].

Cantabrigiensis [Univ. Libr.] Gg. I. 2 chartac. ff. 326 saec. XV. Fol. 295—301 leguntur historiae in or. 43 [4].

Havniensis Gr. Anc. Fonds 2140 chartac. pagg. 128 saec. XVII. Pag. 1—102 exstant historiae in quattuor orationes Gregorii Nazianzeni [5].

Dresdensis Gr. A. 144 [Matthaei num. 60] chartac. ff. 7 in 4⁰ saec. XVIII manu Matthaei scriptus continet in fine historias in or. 39 descriptas ex cod. quodam Mosquensi Bibl. Synodalis [6].

Dresdensis Gr. A. 148 [Matthaei num. 43] chartac. ff. 36. in 4⁰ saec. XVI scriptus complectitur historias in oratt. 43 (fol. 1—29) et 39 (fol. 29—fin.) [7].

Dresdensis Gr. A. 150 [Matthaei num. 61] chartac. ff. 7 in 4⁰ saec. XVIII scriptus manu Matthaei exhibet historias in or. 43 ex cod. Mosquensi Bibl. Synodalis 55 descriptas [8].

---

[1]) Cat. l. vol. I p. 107.

[2]) M. Rh. James, The Western Manuscripts in the library of Trinity College, vol. I (Cantabrig. 1900) p. 277.

[3]) Catalogue of the Manuscripts preserved in the Library of the University of Cambridge, vol. I (Cantabrig. 1856) p. 453 sq.

[4]) Cat. l. vol. III (Cantabrig. 1858) p. 13.

[5]) Ch. Graux, Notices sommaires des manuscrits grecs de la Grande bibliothèque Royale de Copenhague, Paris 1879 (= Archiv. des miss. scientif. III sér. t. 6 p. 133 sqq.), p. 77.

[6]) Fr. Schnorr von Carolsfeld, Katalog der Handschriften der königl. öffentlichen Bibliothek zu Dresden, vol. I (Lipsiae 1882) p. 66.

[7]) Cat. l. p. 68.

[8]) Cat. l. p. 69.

Escurialensis Φ III 18 chartac. saec. XVI ex.; num. 8 sunt historiae in oratt. 43, 4, 5 [1]. In catalogo Nicolai de la Torre (cod. Escurial. X I 16) videas num. 707 [2].

Escurialensis Ψ IV 27 chartac. ff. 99 in 4° saec. XIV; fol. 89 leguntur historiae in orationem 39 [3].

Escurialensis Ω III 13 chartac. ff. 151 in fol. saec. XVI. In fine codicis exstant historiae in orationes Gregorii Nazianzeni [4].

In veteribus catalogis codicum Escurialensium Guilelmi Lindani (a. 1579) [5], Alexandri Barvoetii (a. 1647) [6] nec non Nicolai de la Torre [7] nominantur alii codices cum historiis in orationes Gregorii Nazianzeni, qui tamen a. 1671 incendio videntur periisse.

Florentinus Riccardianus 71 [K. II. 16] chartac. ff. 126 (mm. 220 × 145) saec. XV (a. 1428); fol. 37—42 (sed 37ᵛ—42 vacua) est initium historiarum in or. 43 [8].

Hierosolymitanus 14 [Patr. Bibl.] membran. ff. 314 (mm. 320 × 255) saec. XI. Fol. 307—313 inveniuntur historiae in or. 43 [9] illustratae imaginibus, quarum nonnullae luce solis pictae sunt in tabulis duabus catalogi a A. Papadopulo-Kerameo confecti (*Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη*) vol. I (Petropoli 1891) post pag. 64.

Hierosolymitanus 405 [Patr. Bibl.] chartac. ff. 122 (mm. 220 × 150) saec. XIV. Fol. 65—93 exstant historiae in orationes 39, 43, 4, 5 scriptae manu Manuelis *τοῦ Καλέκα* [10].

---

1) E. Miller, Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque de l'Escurial, Paris 1848, p. 179 sq. Cf. St. Witkowski, Rękopisy św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach hiszpańskich. Eos vol. XIII (1907) p. 57 et ibid. adnot. 3.

2) E. Miller cat. l. p. 378. St. Witkowski l. l. p. 51 adnot.

3) E. Miller cat. l. p. 453. St. Witkowski l. l. p. 57.

4) E. Miller cat. l. p. 483. St. Witkowski l. l. p. 57.

5) E. Miller cat. l. p. 509.

6) E. Miller cat. l. p. 513.

7) Num. 122, 123, 654, 805, 814. Cf. E. Miller l. l. p. 340, 373, 385, 386.

8) G. Vitelli. Indice de' codici greci Riccardiani, Magliabechiani et Marucelliani. Studi ital. di filol. class. vol. 2 (1894) p. 520.

9) A. Papadopulos-Kerameus cat. l. vol. I p. 62 sqq. Cf. A. Ehrhard, Die griech. Patriarchal-Bibliothek von Jerusalem. Ein Beitrag zur griech. Palaeographie. Röm. Quartalschr. für christl. Altertumskunde u. für Kirchengesch. vol. 6 (1892) p. 354 sq.

10) A. Ehrhard apud Krumbacherum, Byz. Litt.² p. 110. Vogel-Gardthausen l. l. p. 277.

Hierosolymitanus 457 [Patr. Bibl.] chartac. ff. 152 (mm. 212 × 160) saec. XVIII. Fol. 103—150 sunt historiae in or. 4 [1]).

Hierosolymitanus 458 [Patr. Bibl.] chartac. ff. 441 saec. XVIII. Fol. 268 sqq. leguntur historiae in or. 4 [2]).

Hierosolymitanus 478 [Patr. Bibl.] chartac. pagg. 834. In fine codicis inveniuntur historiae in or. 4 [3]).

Hierosolymitanus 691 [Patr. Bibl.] chartac. ff. 130 (mm. 155 × 105) saec. XVII (a. 1651). Fol. 102 sqq. exstant historiae in or. 39 [4]).

Hierosolymitanus 64 [S. Crucis] chartac. ff. 247 (mm. 220 × 165). Fol. 202 sqq. leguntur historiae in oratt. 4, 5, 43 [5]).

Laurentianus IV, 13 membran. ff. 251 in 4° saec. X. Post scholia Basilii Minimi, Georgii, aliorum in orationes Gregorii Nazianzeni exstant fol. 257—261 historiae in or. 43 et 39 [6]). E. Patzig, De Nonnianis in IV orationes Gregorii Nazianzeni commentariis, Lipsiae 1890, p. 9 cognovit codicem proxime ad Vindobon. theol. Gr. 120 accedere.

Laurentianus VII, 5 membran. ff. 354 in fol. saec. XI. Post orationes Gregori Nazianzeni sunt fol. 322ᵛ—320ᵛ historiae in or. 43 [7]).

Laurentianus VII, 8 membran. ff. 326 [8]) in fol. min. saec. X—XI. In fine codicis exstant historiae in orationes 39 (fol. 311—313ᵛ), 43 (fol. 313ᵛ—316ᵛ). 4 (fol. 316ᵛ—fin.) [9]). Historiae in or. 4 sunt fine mutilae: ...*ἵνα ζητήσωσιν τὸν Ἀχιλλέα* |. P. G. 36. 1029 B.

Laurentianus VII, 12 chartac. ff. 394 in 4° saec. XV. Post orationes Gregorii Nazianzeni in fine codicis leguntur

---

1) A. Papadopulos-Kerameus cat. l. vol. I p. 431.

2) Cat. l. vol. II (St. Petersburg 1894) p. 555.

3) Cat. l. vol. II p. 561 sq.

4) Cat. l. vol. II p. 649.

5) Cat. l. vol. III (St. Petersburg 1897) p. 123.

6) A. M. Bandini, Catalogus codd. mss. Bibliothecae Mediceae-Laurentianae... vol. I (Florentiae 1764) p. 538 sq.

7) Cat. l. vol. I p. 206. E. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 8 sq. De codice uberius dissero infra, ubi de Basilio Minimo et Georgio Moceno agitur.

8) Non 236, ut profert E. Patzig l. l. p. 3.

9) Cat. l. vol. I p. 215. Piccolomini, Estratti inediti dai codici greci... p. IV sq.

historiae in orationes 43 (fol. 370—373), 39 (fol. 373—376), 4 (fol. 376—390), 5 (fol. 390—fin.) [1].

Londiniensis Harleianus 5629 [Brit. Mus.] chartac. saec. XV; num. 7 historiae in oratt. 4 et 5 [2].

Londiniensis Brit. Mus. Addit. 17473 chartac. saec. XV. Fol. 116—166 sunt historiae in oratt. 43 et 5 [3].

Londiniensis Brit. Mus. Addit. 18231 membran. ff. 323 (mm. 316 × 240) saec. X (a. 972) [4]. Fol. 318—fin. insunt in codice historiae in orationes 39, 43, 4, 5.

Londiniensis Brit. Mus. Addit. 36634 membran. ff. 254 saec. X. Post orationes Gregorii Nazianzeni exstant fol. 224—fin. historiae in oratt. 4 et 5 [5].

Lugdunensis Batavorum XVIII. 16. H* chartac. ff. 31 in fol. saec. XVII (a. 1652). Codex continet historias in orationes Gregorii Nazianzeni. Fol. 1 est lemma: *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου cυναγωγὴ καὶ ἐξήγηcιc τῶν ἑλληνικῶν ἱcτοριῶν, ὧν ἐμνήθη* (sic) *ὁ πάνcοφοc καὶ ἐν ἁγίοιc μέγαc Γρηγόριοc ὁ θεολόγοc... κτλ.* Hoc autem apographum est M. Meiboomii, qui primae paginae subscripsit: *M. Meibomius ex Codice Ms. Christinae Reginae descripsi Stockholmiae 1652* [6].

Mediolanensis AD. XV. 5 [Bibl. nazion. di Brera] chartac. ff. 352 (mm. 326 × 220) saec. XV [7]. Fol. 164—211 leguntur historiae in orationes 15 (fol. 164), 24 (fol. 164), 39 (fol. 167ᵛ—

[1]) Cat. l. vol. I p. 247 sq. E. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 3.

[2]) Catalogue of the Harleian Manuscripts in the British Museum, vol. III (Londin. 1808) p. 283.

[3]) Catalogue of Additions to the Manuscripts in the British Museum in the years 1848—1853, Londin. 1868, p. 20.

[4]) Non saec. XII, ut in Catalogue of Additions... in the years 1848—1853, p. 91 legitur. Cf. G. Wattenbach, Scripturae Graecae specimina, ed. III, Berolini 1897, p. 7. Specimen scripturae (Gregorii Naz. or. adv. Eunom.) extat in Societatis palaeographicae (The palaeographical Society. Facsimiles of Manuscripts and Inscriptions ed. by E. A. Bond and E. M. Thompson, vol. I [Londin. 1873—1883]) tabula 25.

[5]) Catalogue of Additions... in the years 1900—1905, Londin. 1907, p. 165.

[6]) Iac. Geel, Catalogus librorum mss. qui inde ab anno 1741 Bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt, Lugduni Batav. 1852, p. 2 num. 6.

[7]) I. Sajdak, De codicibus Graecis in Monte Casino, Cracoviae 1912, p. 88.

177. Fol. 172 est lemma: *Τοῦ ἀββᾶ Νόνου cυναγωγὴ καὶ ἐξήγηcιc ὧν ἐμνήcθη ἱcτοριῶν ὁ ἐν ἁγίοιc Γρηγόριοc*), 43 (fol. 177—182), 4 (fol. 182—202), 5 (fol. 202—211) [1]).

Codex Mileensis num. 40 chartac. ff. 48 (mm. 225 × 170) saec. XVIII. In codice exhibentur historiae in oratt. 4 et 5 [2]).

Monacensis Gr. 131 [3]) chartac. ff. 353 (mm. 300 × 205) saec. XVI. Fol. 62—71 exstant historiae in orationes 43 (fol. 62—66v) et 39 (fol. 66v—71) [4]).

Monacensis Gr. 163 chartac. ff. 65 (mm. 290 × 200) saec. XVI. Codex exhibet historias in orationes 4 (fol. 1—38v), 5 (fol. 39—54v), 43 (fol. 54v—63), 39 (fol. 63v—65v) [5]). E. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 9 censet codicem apographum esse cod. Vindobonensis theol. Gr. 120 ab A. Darmario neglegentissime factum.

Monacensis Gr. 499 chartac. ff. 343 (mm. 215 × 145) saec. XIV et XV. Fol. 342v—343 exstant fragmenta quattuor historiarum in oratt. 4 et 43.

Mosquensis Syn. 144 $\left(\frac{63}{\text{LXIV}}\right)$ membran. ff. 362 saec. X. Post orationes Gregorii Nazianzeni exstant historiae in orationes 39 (fol. 324—329), 4 (fol. 329v—352v), 5 (fol. 353—362) [6]).

Mosquensis Syn. 149 $\left(\frac{54}{\text{LV}}\right)$ membran. ff. 175 saec. XI.

---

1) E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche Italiane, vol. I (Milano 1893) p. 12 sq.

2) A. Papadopulos-Kerameus, *Κατάλογοc τῶν ἑλληνικῶν κωδίκων τῆc ἐν Μηλέαιc βιβλιοθήκηc* (*Ἀπόcπαcμα ἐκ τῆc Ἐπετηρίδοc τοῦ Παρναccοῦ*), *ἐν Ἀθήναιc* 1901, p. 19.

3) E. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 9 codicem falso numero 138 notavit.

4) I. Hardt, Catalogus codd. mss. Graecorum Bibliothecae Regiae Bavaricae, vol. II (Monachii 1806) p. 85. Cf. P. G. 36, 906 adnot. 10. Ex hoc codice (= A) — non ex cod. 132, ut notat Creuzer ipse — et cod. 163 (= B) historias viginti in or. 43 publicavit Frid. Creuzer, Meletemata... pars I (Lipsiae 1817) p. 60—97, et instruxit adnotationibus, in quibus potissimum spectavit. „ut constaret, ex quibus fontibus fluxerint hae narrationes, quidque inde in Violetum suum derivarit Eudocia..." Cf. ibid. p. 60.

5) I. Hardt cat. l. vol. II p. 193 sq.

6) Archimandr. Vladimir, Descriptio codicum Mosquensis Synodalis Bibliothecae. Pars I: Codd. Graeci (Rossice), Mosquae 1894, p. 149 sq. P. G. 36, 940 cod. M.

In codice continentur orationes Gregorii Nazianzeni et historiae in orationes 43 (fol. 152—154^v). 39 (fol. 155—157^v), 4 (fol. 158—170), 5 (fol. 170^v—175). Fol. 152 legitur lemma scriptum manu saec. XIV: *Οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ ἐξήγησις τοῦ ἁγίου ἀλλὰ Νώννου τοῦ ἀββᾶ* [1].

Neapolitanus Borbonicus II A 22 membran. ff. 271 in 4^0 saec. XII. Post commentarios Basilii Minimi et Georgii in orationes Gregorii Nazianzeni exstant fol. 267—fin. historiae in or. 4 fine mutilae [2].

Codex Graecus num. 10 in bibliotheca Abrahami de Norov (olim in monasterio S. Sabae) continet Gregorii Nazianzeni orationes et historias in oratt. 39 et 43 [3].

Oxoniensis Bodleianus Baroccianus Gr. 5 chartac. ff. 283 saec. XIV ex. Fol. 283 sunt excerpta ex historiis in orationes Gregorii Nazianzeni [4].

Oxoniensis Bodl. Barocc. Gr. 71 chartac. ff. 173 in 4^0 min. saec. XV in. In fine codicis exstant historiae in orationes 39 (fol. 138—144), 43 (fol. 144—150), 4, 5 (fol. 150—fin.) [5].

Oxoniensis Bodl. Barocc. Gr. 111 chartac. ff. 219 in 4^0 saec. XV. Fol. 126—132 leguntur historiae in or. 39, fol. 132—157 in or. 43 [6].

Oxoniensis Bodl. Barocc. Gr. 194 ff. 180 in fol. saec. XV. Praeter alia exhibentur in codice historiae in orationes 39 (fol. 10—10^v), 4, 5 (fol. 10^v—14^v), 43 (fol. 14^v), quae fine mutilae sunt [7].

Oxoniensis Bodl. Barocc. Gr. 216 ff. 379 (fragmentis constans pluribus) in 4^0. Fol. 181—187 sunt historiae in or. 39 initio mutilae. Fol. 187—194 est index capitum historiarum, qua-

---

[1] Vladimir cat. l. p. 154. P. G. 36, 937 sq. cod. E.

[2] S. Cyrillus, Codd. Graeci mss. Regiae Bibliothecae Borbonicae... vol. I (Neapoli 1826) p. 65 sq.

[3] Журналъ Министерства народнаго просвѣщенія, 1836. num. XI p. 410 sq. Cf. A. Papadopulos-Kerameus, *Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη* vol. II p. 714.

[4] H. O. Coxe, Catalogi codd. mss. Bibliothecae Bodleianae pars I recensionem codicum Graecorum continens, Oxonii 1853, col. 10.

[5] Cat. l. col. 117.

[6] Cat. l. col. 182.

[7] Cat. l. col. 330 sq.

rum meminit Gregorius Nazianzenus in orationibus suis, cum relatione ad paginas, ubi tractantur in codice quodam [1]).

Oxoniensis Bodl. Barocc. Gr. 236 membran. ff. 249 in fol. saec. XII Post orationes 16 Gregorii Nazianzeni exhibentur in codice historiae in orationes 43 (fol. 247—248ᵛ) et 39 (fol. 248ᵛ—249ᵛ) [2]).

Oxoniensis Bodl. Canonicianus Gr. 50 chartac. ff. 197 in 4⁰ saec. XVI ex. Folio primo leguntur historiae in or. 4 fine mutilae [3]).

Oxoniensis Bodl. Canonicianus Gr. 59 chartac. ff. 417 in fol. saec. XVI ex. variis manibus est scriptus. In fine codicis exstant historiae in orationes 4 (fol. 354—385; initio mutilae), 5 (fol. 385ᵛ—401), 43 (fol. 401—409), 39 (fol. 409ᵛ—fin.) [4]).

Oxoniensis Bodl. Laudianus Gr. 37 [olim 745] membran. ff. 301 in fol. saec. XII. Olim fuit codex monasterii S. Sabae. Post orationes 16 Gregorii Nazianzeni inveniuntur historiae in oratt. 39 et 43 [5]).

Oxoniensis Seldenianus Gr. 45 [olim 3382] membran. ff. 229 in fol. saec. XI ex. In fine codicis continentur historiae in orationes 43 (fol. 223—228) et 39 (fol. 228ᵛ—fin.), quae fine carent [6]).

Oxoniensis Miscellaneus Gr. 181 chartac. ff. 208 in fol. saec. XVI (a. 1545). In codice insunt scholia Basilii Minimi, Georgii (Maximi) in orationes Gregorii Nazianzeni. Scholiis in or. 43 subnectuntur historiae in orationes 43 et 39. In fine codicis (fol. 191—fin.) exstant historiae in orationes 4 et 5, quae fine mutilae sunt [7]).

Parisinus Gr. 522 chartac. ff. 432 (mm. 295 × 210) saec. XV (a. 1443). In fine codicis, qui Nicetae Heracleensis commentarios in orationes Gregorii Nazianzeni continet, sunt historiae in or. 4 (fol. 375—406) et oratt. 43, 39, 4, 5 (fol. 406—

[1]) Cat. l. col. 380.

[2]) Cat. l. col. 406.

[3]) H. O. Coxe, Catalogi codd. mss. Bibl. Bodleianae pars III codd. Graecos et Latinos Canonicianos complectens, Oxonii 1854, col. 54.

[4]) Cat. l. III col. 66.

[5]) Cat. l. III col. 519.

[6]) Cat. l. III col. 607.

[7]) Cat. l. III col. 736.

431) [1]) inscriptae: *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου cυναγωγὴ καὶ ἐξήγηcιc τῶν ἑλληνικῶν ἱcτοριῶν...* [2]).

Parisinus Gr. 525 membran. ff. 279 saec. XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni exstant in fine codicis (fol. 274—fin.) historiae in oratt. 4 et 5 fine mutilae [3]).

Parisinus Gr. 539 chartac. ff. 214 saec. XII. Post orationes Gregorii Nazianzeni leguntur fol. 207—fin. historiae novem in or. 43 [4]).

Parisinus Gr. 543 membran. ff. 357 saec. XIII. Post Nicetae Heracleensis hypotheses orationum 16 Gregorii Naz. leguntur historiae in orationes 24 (fol. 9ᵛ—10. L. *Cυναγωγὴ καὶ ἐξήγηcιc ὧν ἐμνήcθη ἱcτοριῶν ὁ ἐν ἁγίοιc πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριοc ὁ θεολόγοc ἐν τοῖc ἀναγινωcκομένοιc αὐτοῦ θείοιc λόγοιc. Ἐν τῷ λόγῳ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ*), 43 (fol. 10—17), 39 (fol. 17—22) [5]).

Parisinus Gr. 552 membran. ff. 506 saec. XIII. Fol. 461—fin. exstant historiae in oratt. 39, 43, 4, 5 [6]). Omissae sunt nonnullae historiae in oratt. 5 et 39 [7]).

Parisinus Gr. 989 chartac. ff. 141 saec. XVI manu Andreae Darmarii scriptus complectitur historias in orationes 4, 5 (fol. 1—108), 43 (fol. 108—125), 39 (fol. 125—fin.) [8]).

Parisinus Gr. 1087 chartac. ff. 178 saec. XIV. Fol. 56—81 leguntur historiae in oratt. 4 et 5 [9]).

Parisinus Gr. 1277 chartac. ff. 309 saec. XIII. Fol. 263ᵛ—264 sunt historiae in or. 39 [10]).

Parisinus Gr. 2551 chartac. ff. 203 saec. XV—XVI. Fol.

---

[1]) H. Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale... vol. I (Paris 1898) p. 72. Cf. E. Patzig, Die Nonnus-Quelle der Eudocia. Rhein. Mus. 37 (1882) p. 68. Idem, De Nonnianis... commentariis... p. 8.

[2]) Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 24. Cf. supra p. 5.

[3]) Omont, cat. l. I p. 74.

[4]) Cat. l. I p. 79.

[5]) Cat. l. I p. 80.

[6]) Cat. l. I p. 85.

[7]) Patzig l. l. p. 68. Idem, De Nonnianis... commentariis... p. 8.

[8]) Cat. l. I p. 197 sq.

[9]) Cat. l. I p. 217.

[10]) Cat. l. I p. 285.

180—fin. exstant historiae in or. 43 (L. *Τοῦ ἀββᾶ Νόννου cυναγωγὴ καὶ ἐξήγηcιc τῶν ἑλληνικῶν ἱcτοριῶν, ὧν ἐμνήcθη... κτλ.*) [1]).

Parisinus Coislinianus 51 membran. ff. 496 saec. X. Fol. 474—fin. sunt historiae in orationes 39, 43, 4, 5 initio et fine mutilae [2]).

Parisinus suppl. Gr. 83 chartac. ff. 144 saec. XVII (a. 1652) Stockholmiae manu P. Dan. Huetii descriptus est „ex libro quodam Petaviano, qui tum erat in bibliotheca Christinae, postea autem in Vaticanum pervenit“ [3]). Codice continentur etiam historiae in orationes 43 (fol. 92—96), 39 (fol. 96—100), 4, 5 (fol. 100—124) [4]).

Parisinus suppl. Gr. 215 membran. ff. 450 saec. XV, X, XI. Fol. 419—449 (saec. XI) sunt historiae in oratt. 43, 4, 5 [5]).

Parisinus suppl. Gr. 469 A membran. ff. 62 saec. X (a. 986). Fol. 8—fin. sunt historiae in orationes Gregorii Nazianzeni [6]).

Parisinus suppl. Gr. 500 chartac. ff. 102 saec. XVI. Fol. 99—fin. leguntur historiae in or. 4 initio et fine mutilae [7]).

Parisinus suppl. Gr. 516 chartac. ff. 329 saec. XV. Fol. 281—fin. exstant historiae in orationes Gregorii Nazianzeni [8]).

Parisinus suppl. Gr. 519 chartac. ff. 18 saec. XVI. Codex complectitur historias in orationes 4 et 5 [9]).

Parisinus suppl. Gr. 690 membran. ff. 258 saec. XII. In codice leguntur etiam historiae in orationes 39 (fol. 192v—195), 43 (fol. 195—198), 4, 5 (fol. 198—213) [10]).

Parisinus suppl. Gr. 1175 chartac. ff. 29 saec. XIII manu

---

1) Cat. l. III (Paris 1888) p. 3 Cf. Gregor. Corinth. ed. Schaefer p. 74 adnot. 20. Patzig l. l. p. 68. Frid. Creuzer, Meletemata I p. 60 adnot. 6.

2) B. Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana... Parisiis 1715, p. 118. Omont cat. l. III p. 122.

3) Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 8. — Cf. infra p. 23 sq. Vaticanos Reginae Suecorum codices cum Nonni historiis.

4) Omont, cat. l. III p. 215. Cf. Patzig l. l. p. 68 sq.

5) Omont, cat. l. III p. 234.

6) Cat. l. III p. 266.

7) Cat. l. III p. 270.

8) Cat. l. III p. 272.

9) Cat. l. III p. 272.

10) Cat. l. III p. 301 sq.

Georgii cuiusdam [1]) scriptus est. Fol. 1—23 exstant historiae in orationes 39, 43, 4, 5 [2]).

Patmiacus 33 membran. ff. 201 saec. X (a. 941) manu Nicolai Monachi scriptus est. Post orationes Gregorii Nazianzeni et eius Vitam leguntur in codice historiae in orationes 39, 43, 4, 5 [3]).

Romanus Angelicus Gr. 60 [B. 5. 8] chartac. ff. 128 (mm. 214 × 140) saec. XV. Fol. 50—53^v sunt historiae in or. 39; fol. 95^v—100 historiae in or. 43 [4]).

Romanus Vallicellianus Gr. 12 [B. 53] chartac. ff. 218 saec. XIII ex. Fol. 152^v—154^v sunt historiae in or. 43 fine mutilae [5]).

Romanus Vallicellianus Gr. 47 [C. 97[2]] membran. palimps. ff. 74 (mm. 194 × 137) saec. XV (a. 1425). Fol. 1—8 sunt historiae in orationes Gregorii Nazianzeni [6]).

Romanus Vallicellianus Gr. 99 [F. 58] chartac. ff. 308 (mm. 221 × 163) diversis fasciculis saec. XV—XVI constat. Fol. 243—255^v (saec. XV) sunt historiae in or. 4 fine mutilae [7]).

Romanus Vallicellianus Gr. 103 [F. 68] chartac. ff. 296 (mm. 210 × 125—160) constat sex codicibus in unum compactis saec. XIV—XVI. Fol. 232—296 leguntur historiae in orationes 4 (fol. 232—272). 43 (fol. 272^v—275; 276—277^v). Historiis immixta sunt fragmenta scholiorum Basilii Minimi et aliorum in orationes 21, 24, 25 [8]).

Taurinensis Gr. 8. (B. I. 4) membran. ff. 115 in fol. saec. XI. Initio codicis (ordinem foliorum bibliopega perturbavit) sunt historiae in oratt. 39, 43, 4, 5 [9]).

---

[1]) Cf. M. Vogel-V. Gardthausen l. l. p. 88.

[2]) Cat. l. III p. 403.

[3]) *Ἰ. Σακκελίων, Πατμιακὴ βιβλιοθήκη...,* *Ἀθήνησιν* 1890, p. 22.

[4]) P. Franchi de' Cavalieri-G. Muccio, Index codd. Graecorum Bibliothecae Angelicae. Studi ital. di filol. class. vol. 4 (1896) p. 112.

[5]) E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche italiane, vol. II (Milano 1902) p. 24.

[6]) Martini, cat. l. vol. II p. 81.

[7]) Martini, cat. l. II p. 171.

[8]) Martini, cat. l. II p. 185. Cf. Fr. Diekamp, Hippolytos von Theben, Münster i. W. 1898, p. XLIII.

[9]) I. Pasinus-A. Rivantella-Fr. Berta, Codices mss. Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei, vol. I (Taurini 1749) p. 71 sqq. G. de Sanctis,

Tubingensis Gr. Mb. 4 [K. 13] membran. saec. XI. Post 26 orationes Gregorii Naz. saec. XI scriptas leguntur fol. 231ᵛ—254ᵛ historiae saec. XII—XIII scriptae in orationes 4 (fol. 231ᵛ—250) et 5 (fol. 250ᵛ—254ᵛ), quae fine carent [1]). Historiae in or. 5 desinunt in his verbis: ...*τούτου γυνὴ ἦν ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ταύτην ἐμοι* ||. Cf. P. G. 36, 1048 C.

Vaticanus Gr. 97 chartac. ff. 331 (mm. 225 × 155) saec. XV. In fine codicis exstant historiae in orationes 43 (fol. 305—309), 39 (fol. 309ᵛ—313), 4 (fol. 313—331ᵛ). Fol. 1ʳᵛ est index eorum, quae codice continentur, ubi ultimo loco est lemma: *Ἱστορίαι ἑλληνικαὶ ὧν ὁ θεολόγος ἐμνήσθη Γρηγόριος ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις τοῖς τε ἀναγινωσκομένοις καὶ μή.*

Vaticanus Gr. 437 membran. ff. 213 (mm. 250—187) saec. XI diligentissime scriptus est. Basilii Minimi commentarios in orationes Gregorii Nazianzeni sequuntur historiae in orationes 43 (fol. 177—181ᵛ), 39 (fol. 181ᵛ—184ᵛ), 4 (fol. 184ᵛ—204), 5 (fol. 204ᵛ—212ᵛ).

Vaticanus Gr. 458 membran. ff. 299 (mm. 282 × 220) saec. XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni leguntur fol. 292ᵛ—299 historiae in or. 39.

Vaticanus Gr. 461 membran. ff. 184 saec. XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni sunt fol. 161—164ᵛ historiae in or. 39.

Vaticanus Gr. 464 chartac. ff. 167 (mm. 290 × 220) saec. XIV (a. 1359) manu Alexii cuiusdam scriptus est [2]). Post orationes Gregorii Nazianzeni exstant historiae in orationes 39 (fol. 160ᵛ—164) et 43 (fol. 164—166ᵛ).

Vaticanus Gr. 473 membran. ff. 298 (mm. 268 × 194) saec. XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni sunt fol. 283—

Inventario dei codici superstiti greci e latini antichi della Bibl. Nazionale di Torino. Rivista di filol. e d'istruz. class. vol. 32 (1904) p. 391.

[1]) W. Schmid, Verzeichnis der griech. Handschriften der k. Universitätsbibliothek zu Tübingen, Tübingen 1902, p. 10. Cf. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 7. H. Flach, Ein Codex Tubingensis des Gregorios von Nazianz und des Nonnos. Jahrb. f. Philol. u. Paedag. vol. 125 (1882), p. 238 sqq. Patzig, Die Tübinger Nonnos-Handschrift. Ibid. p. 550 sqq. Flach, Noch einmal die Tübinger Nonnoshandschrift. Ibid. p. 867.

[2]) Videas subscriptionem cod. fol. 166ᵛ. Cf. Vogel-Gardthausen l. l. p. 14 et ibid. adnot. 2.

fin. historiae in or. 4 fine mutilae. Fol. 298ᵛ desinit: ...*οἱ πολῖται τάδε φθεγγόμενοι ἵνα ἴδωμεν* || . P. G. 36, 1025 B.

Vaticanus Gr. 475 membran. ff. 264 (mm. 327 × 202) saec. X. Post Gregorii Nazianzeni orationes leguntur historiae in orationes 4 (fol. 241—259) et 5 (fol. 259ʳ—264ᵛ), quae initio historiae λα′ (= hist. 36. P. G. 36, 1053 D) desinunt.

Vaticanus Gr. 504 chartac. ff. 197 (mm. 423 × 282) saec. XIII—XIV. In codice inter opera Maximi Confessoris sunt historiae in orationes 4 (fol. 111—114), 39 (in margine fol. 111—112ᵛ), 43 (in marg. fol. 112ᵛ—114ᵛ).

Vaticanus Gr. 711 chartac. ff. 321 (mm. 137 × 105) saec. XVI. Fol. 206—219ᵛ sunt historiae in or. 39; fol. 219ᵛ—233ᵛ historiae in or. 43.

Vaticanus Gr. 892 chartac. ff. 102 (mm. 215 × 142) saec. XV. In fine codicis exstant historiae in oratt. 43 (fol. 88—92ᵛ) et 39 (fol. 93—fin.), quae fine carent.

Vaticanus Gr. 942 chartac. ff. 198 saec. XV variis manibus scriptus est. In codice insunt etiam historiae in orationes 4 (fol. 33—46ᵛ) et 5 (fol. 46ᵛ—47ᵛ), quae in hist. 10 (P. G. 36, 1041) desinunt.

Vaticanus Gr. 1118 membran. ff. 94 (mm. 240 × 168) saec. XIV (a. 1347) scriptus est [1]). Initio codicis fol. 1—4ᵛ sunt historiae in or. 39.

Vaticanus Gr. 1120 chartac. ff. 423 (mm. 190 × 132) variis manibus saec. XIV—XVI scriptus. Fol. 234—240ᵛ (scriptis saec. XIV—XV) sunt mutatae historiae in or. 39.

Vaticanus Gr. 1257 membran. ff. 62 (mm. 203 × 162) saec. XI. In fine codicis fol. 58—62ᵛ sunt historiae in or. 39.

Vaticanus Gr. 1446 membran. ff. 434 (mm. 265 × 194) saec. XI (praeter fol. 33—42; 245—258; 289—300; 339—367; 376—fin., quae sunt chartac. scripta saec. XIV—XV) exaratus est et continet orationes Gregorii Nazianzeni, quas sequuntur historiae in orationes 4 (fol. 399—420), 5 (fol. 420—429), 39 (fol. 429—434).

Vaticanus Gr. 1663 chartac. ff. 130 + 7 (vacua) et 72 + 6 (vacua) (mm. 302 × 211). Pars II continet historias in orationes 4 (fol. 1—39), 5 (fol. 39—55), 43 (fol. 55—64), 39 (fol. 64—72ᵛ).

Vaticanus Gr. 1947 membran. ff. 152 (mm. 288 × 230)

[1]) Videas subscriptionem cod. fol. 94.

saec. XI. Post orationes 16 Gregorii Nazianzeni sunt historiae in orationes 43 (fol. 142—145^v) et 39 (fol. 145^v—150^v), quae olim picturis postea vi deletis illustratae erant.

Vaticanus Gr. 2061 B membran. (palimps.) saec. X continet librum secundum orationum Gregorii Nazianzeni. In calce codicis (fol. 296 sqq.) exstant historiae in oratt. 4, 5, 43. 39 [1]).

Vaticanus Barberinianus Gr. 290 chartac. Fol. 32 sqq. exstant historiae in or. 39 [2]).

Vaticanus Ottobonianus Gr. 3 membran. ff. 248 (mm. 331 × 254) saec. XI—XII. Orationes Gregorii Nazianzeni sequuntur fol. 242^v—248 historiae in or. 39 [3]).

Vaticanus Ottobonianus Gr. 384 chartac. ff. 374 (mm. 224 × 151) variis manibus saec. XVI scriptus est. Codice continentur etiam historiae in oratt. 15, 24 (fol. 249—250) [4]), 43 (fol. 250^v—255^v), 39 (fol. 255^v—263^v) [5]).

Vaticanus Palatinus Gr. 217 chartac. ff. 197 in 4° saec. XIV. Orationes Gregorii Nazianzeni sequuntur historiae in orationes 4 (fol. 186—193) et 5 (fol. 193—197) [6]).

Vaticanus Palatinus Gr. 360 chartac. ff. 346 in 8° variis manibus saec. XV ex. scriptus. Fol. 179—199 exstant in codice historiae in orationes 43 et 39 [7]).

Vaticanus Pii II Gr. 21 membran. ff. 156 (mm. 240 × 186) variis manibus saec. X—XIII scriptus est. Fol. 71—76^v scriptis manu Basilii cuiusdam [8]) saec. XI inveniuntur historiae in or. 39 [9]).

Vaticanus Reginae Gr. 19 membran. ff. 239 in fol. saec. XI. Post Gregorii Nazianzeni orationes 16 exstant historiae

---

[1]) E. Piccolomini, Estratti inediti dai codici greci... p. V sq.

[2]) Seymour de Ricci, Liste sommaire des manuscrits grecs de la Bibliotheca Barberina (Revue des bibliothèques, Avril-Iuin 1907), Paris 1907, p. 23.

[3]) E. Feron-F. Battaglini, Codd. mss. Graeci Ottoboniani Bibliothecae Vaticanae, Romae 1893, p. 8.

[4]) V. infra p. 27 sqq.

[5]) Cat. l. p. 198.

[6]) H. Stevenson sen., Codd. mss. Palatini Graeci Bibliothecae Vaticanae, Romae 1885, p. 113. Cf. Frid. Creuzer, Meletemata e disciplina antiquitatis I p. 59.

[7]) Cat. l. p. 211.

[8]) Cf. subscriptionem codicis fol. 76^v. Apud Vogel-Gardthausen l. l. scriba hic non memoratur.

[9]) H. Stevenson sen., Codd. mss. Graeci Reginae Suecorum et Pii PP. II. Bibliothecae Vaticanae, Romae 1888, p. 147.

in oratt. 39 (fol. 230—235) et 43 (fol. 235—fin.), quae fine mutilae sunt. Fol. 239v desinit: ...*γράφεται δὲ καὶ ὁ Καρικὸς τάφος, ἵν' ᾖ κτητικός* || [1]). P. G. 36, 1064 D.

Vaticanus Reginae Gr. 46 chartac. ff. 477 in 4⁰ variis manibus saec. XV—XVI scriptus. In fine codicis sunt historiae in orationes 39 (fol. 462—468), 43 (fol. 468—474), 4 (fol. 474—fin.), quae fine mutilatae sunt [2]).

Vaticanus Reginae Gr. 94 chartac. ff. 170 in fol. saec. XVI. Continentur codice etiam historiae in orationes 43 (fol. 20—23), 39 (fol. 23—27), 4 (fol. 27—40v), 5 (fol. 40v—48) [3]).

Vaticanus Reginae Gr. 143 chartac. ff. 58 in 8⁰ duobus codicibus constat, quorum primus (fol. 1—34) scriptus est saec. XIV ex. manu Theodori. syncelli et logothetae ecclesiae Chiae [4]), et continet historias in orationes 39 (fol. 1—5), 43 (fol. 5—9v), 4 (fol. 9v—27), 5 (fol. 27—33v). Pars altera codicis (fol. 35—fin.) scripta manu saec. XV complectitur etiam easdem historias in orationes 4 (fol. 35—53) et 5 (fol. 53—fin.) [5]).

Vaticanus Reginae Gr. 177 chartac. ff. 54 in 4⁰ saec. XVI scriptus est et complectitur historias in orationes 43 (fol. 1—8), 39 (fol. 8—15), 4 (fol. 15—43), 5 (fol. 43—fin.) [6]).

Venetus Marcianus Gr. 70 membran. ff. 487 in fol. saec. XI. Post orationes Gregorii Naz. inveniuntur fol. 455—487v historiae in oratt. 39, 43, 4, 5 [7]). Historias in or. 39 sequitur *Ἑτέρα ἐξήγησις τῶν ἱστοριῶν, ὧν ἐμνήσθη ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ*, quae incipit: *Ἕλληνας διασύρων* [8]) *καὶ διακωμω-*

[1]) Cat. l. p. 15 sq.
[2]) Cat. l. p. 39 sq.
[3]) Cat. l. p. 69.
[4]) Vogel-Gardthausen l. l. p. 140.
[5]) Cat. l. p. 100 sq.
[6]) Cat. l. p. 119.
[7]) A. M. Zanetti-A. Bongiovanni, Graeca D. Marci Bibliotheca codd. mss. per titulos digesta... vol. I (Venetiae 1740) p. 48.
[8]) Cf. comment. Nicetae Heracl. in or. 39 c. 4 (*Οὐδὲ Διόνυσος ταῦτα*... P. G. 36, 337 C): *Διασύρων οὖν ὁ θεολόγος τοὺς Ἕλληνας φησίν, ὅτι τὰ παρ' ἡμῶν ἑορταζόμενα*... Cod. Paris. Gr. 578 saec. XIII fol. 184v. — Pseudo-Nonni historiae notae erant Nicetae Heracl., qui eas in commentario suo non semel usurpavit. Legas velim Nicetae commentarium, qui ad eundem spectat locum, ad quem etiam laudata in textu *ἑτέρα ἐξήγησις* pertinet (or. 39 c. 4): *Φασίν, ὅτι ἡ Δημήτηρ μία τῶν ἀρχαίων οὖσα θεῶν ἔτεκε Περσεφόνην τὴν καὶ Κού-*

δῶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος περὶ τῶν σεβασμάτων αὐτῶν ἔφησεν ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα αὐτοῦ λόγῳ Κελεοὺς καὶ Τριπτολέμους δράκοντας καὶ τὰ μὲν εὖ ποιοῦντας, τὰ δὲ εὖ πάσχοντας. Οὗτος ὁ Κελεὸς τὴν Δημήτραν ἐν Ἐλευσίνῃ τὴν Δημήτραν ἐδεξιώσατο περιπλανωμένην ἐπὶ τῇ ἀναζητήσει τῆς θυγατρὸς αὐτῆς Περσεφόνης ἁρπασθείσης ὑπὸ Πλούτωνος, τοῦ βασιλέως τῶν καταχθονίων· δεξιωσάμενος δὲ αὐτὴν καὶ εὐχαριστηθεὶς παρ' αὐτῆς λαμβάνει δωρεὰν τοὺς σπόρους τῆς γῆς, σῖτον, κριθὴν καὶ ὄσπρια, καὶ κελεύεται διατρέχειν τὴν γῆν ὁ τούτου υἱὸς Τριπτόλεμος ἐπὶ ἅρματος δρακόντων καὶ σπείρειν τοὺς σπόρους τούτους… [1]). Explicantur or. 39 c. 4, P. G. 36, 337 B verba: *Οὐδὲ κόρη τις ἡμῖν ἁρπάζεται, καὶ Δημήτηρ πλανᾶται, καὶ Κελεούς τινας ἐπεισάγει, καὶ Τριπτολέμους…* Ed. Patzig loco infra in adnotatione laudato putat *ἑτέραν ἐξήγησιν τῶν ἱστοριῶν* ex commentario Basilii Minimi excerptam esse. In errore versabatur vir doctus; nam Basilius Minimus in commentario in or. 39 nullas profert historias. Cf. P. G. 36, 1144 sq. adnot. 53. Altera haec collectio historiarum repetitio aliquatenus mutata esse videtur historiarum Pseudo Nonni (cf. hist. 2 in or. 39. P. G. 36, 1065 sqq.), quarum multa et varia exemplaria circumferebantur. — De textu historiarum notatu digna protulit Patzig, De Nonnianis… commentariis… p. 4 sq.

Venetus Marcianus Gr. 75 chartac. ff. 232 in 12° saec. XIII. Post Gregorii Nazianzeni orationes 4 et 5, quae sunt in codice loco primo, exstant historiae in or. 4 [2]).

Venetus Nanianus Gr. 64 (Cl. II. 43) membran. ff. 238 (mm. 335 × 230) saec. XIII. Post scholia Basilii Minimi, Georgii, Maximi in oratt. 16 Gregorii Nazianzeni sunt fol. 233ᵛ—fin. historiae in or. 43 [3]).

Vindobonensis theol. Gr. 74 [80 L] membran. ff. 358

ρην λεγομένην, ἣν ἥρπασεν ὁ Πλούτων ἤγουν ὁ Ἅιδης. Ἡ δὲ μήτηρ πανταχοῦ ταύτην ἐπιζητοῦσα περιέτυχεν ἐν Ἐλευσῖνι Κελεῷ καὶ Τριπτολέμῳ, καὶ μαθοῦσα παρ' αὐτῶν τὴν ἁρπαγὴν τῆς θυγατρὸς ἐπαύθη μὲν τῆς ἐπὶ πᾶσαν γῆν πλάνης· ἔδωκε δὲ αὐτοῖς σπέρμα σίτου καὶ κριθῆς μήπω τότε φανέντος… κτλ. Cod. Paris. Gr. 578 saec. XIII fol. 184ʳᵛ. Cf. hist. 2 in or. 39. P. G. 36, 1065 sqq.

[1]) I. Morelli, Bibliotheca manuscripta Graeca et Latina I (Bassani 1802) p. 68 sq. Patzig, De Nonnianis… commentariis… p. 4. Historias has integras invenies in calce dissertationis.

[2]) Zanetti-Bongiovanni cat. l. I p. 52.

[3]) I. A. Mingarelli, Graeci codd. mss. apud Nanios patricios Venetos asservati, Bononiae 1784, p. 117.

saec. X—XI. Post orationes Gregorii Nazianzeni exstant historiae in oratt. 43, 4, 5.

Vindobonensis theol. Gr. 120 N [100 L] membran. ff. 121 + 2 (mm. 287 × 216) saec. XI. Post scholia Basilii Minimi in orationes Gregorii Nazianzeni leguntur historiae in oratt. 4 (fol. 96ᵛ—109ᵛ). 5 (fol. 109ᵛ—115), 43 (fol. 115—117ᵛ), 39 (fol. 117ᵛ—119ᵛ) [1]). De inscriptione videas velim supra p. 5.

Vindobonensis theol. Gr. 126 N [79 L] membran. ff. 359 saec. X elegantissime exaratus est. Post orationes Gregorii Nazianzeni inveniuntur fol. 337—fin. historiae in oratt. 43. 39. 4, 5 [2]). De codicibus his (126 N et 120 N) Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 3 protulit, quae sequuntur: „Horum uterque a peritissima manu nullis fere compendiis scriptus est, nisi quod interdum in fine versuum ν littera lineolae forma praecedenti vocali superscripta est. Spiritus sunt forma triangulari; iota mutum saepissime adscriptum, haud paucis tamen locis omissum; ν ἐφελκυστικὸν in cod. 126 accuratissime administratum, in cod. 120 saepe radendo deletum. Ille correctricem manum non est perpessus. in hoc non ita multis locis duo deprehendi correctionum genera. Sunt enim quaedam, quae librarii socordia ita peccavit, ut sensus verborum perturbaretur, ab homine docto ex coniectura emendata. Alia perpauca a recentiore manu ex deterrimo aliquo codice in margine adscripta sunt".

Vindobonensis theol. Gr. 130 N [99 L] membran. ff. 158 (mm. 268 × 202) saec. XI. Scholia Basilii Minimi in orationes Gregorii Nazianzeni sequuntur historiae in oratt. 4 (fol. 144ᵛ—154ᵛ) et 5 (fol. 154ᵛ—158).

Vindobonensis theol. Gr. 247 N [210 L] chartac. ff. 321 (mm. 210 × 145) saec. XV. Fol. 107ᵛ—110ᵛ exstant historiae 13 in or. 39 inscriptae: *Κεφάλαια ἐκ τοῦ λεβιτικοῦ, ἐν οἷς μέμνηται ὁ θεολόγος ἐν τοῖς παλαιοῖς.*

Vindobonensis theol. Gr. 326 N [59 L] chartac. ff. 136

[1]) Petrus Lambecius, Commentarii de Augustiss. Bibliotheca Caesar. Vindobon. lib. III (ed. II Adami Fr. Kollarii), Vindobonae 1776, col. 507 sq. Dan. Nessel, Catalogus sive recensio specialis omnium codd. mss. Graecorum... Augustiss. Bibliothecae Caesar. Vindobonensis... pars I (Vindobonae et Norimbergae 1690) p. 199. Patzig, De Nonnianis... commentariis... p. 3. — Cf. supra p. 15 cod. Monac. Gr. 163.

[2]) Lambecius, cat. l. III² col. 452 sqq.

(mm. 153 × 150) saec. XVI. Fol. 60ᵛ—72 exstant historiae in breviorem formam redactae et scatent mendis [1]).

Vindobonensis philol. Gr. 190 N [129 L] chartac. ff. 307 (mm. 215 × 155) saec. XV. Fol. 60ᵛ—61 est *Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἱcτορία λγ* (= hist. 33 in or. 4. P. G. 36, 1004).

Codex *ἐν Ξάνθῃ τῆc Θράκηc* num. 1 [*τῆc ἱερᾶc Μονῆc Παναγίαc Ἀρχαγγελιωτίccηc*] membran. pagg. 488 (mm. 310 × 230) saec. XV. Codice continentur 16 orationes Gregorii Nazianzeni, quas sequuntur historiae in oratt. 43 (pag. 370). 4 (pag. 379), 5 (pag. 422—440) [2]).

Historiae, quae in codicibus Bernensi Gr. 449 saec. XV fol. 58—59 [3]), Parisino Gr. 543 saec. XIII fol. 9ᵛ—10 [4]), Vaticano Ottobon. Gr. 384 saec. XVI fol. 249—250 [5]) leguntur [6]) et res mythologicas in orationibus 15 et 24 aliquatenus explicant [7]), ex commentariis Nicetae Heracleensis sunt excerptae. Quo res clarius illustretur, liceat mihi historias secundum codicem Parisinum Gr. 543, Bernensem 449, Vaticanum Ottobon. 384, Nicetae Heracleensis autem expositionis fragmentum ex cod. Parisino Coislin. 54 saec. XII—XIII fol. 123ᵛ—124 proferre.

Ἱcτορίαι τοῦ ἐν ἁγίοιc πατρὸc ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ὧν ἐμνήcθη ἐν τοῖc ἑαυτοῦ λόγοιc. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Εἰc τοὺc Μακκαβαίουc.

Ἢ μαcθοὺc παρεδείκνυ καὶ τροφῆc ἀνεμίμνηcκε [8]).

Τὰ τοῦ Ὁμήρου δὲ οἶμαι ὁ θεο-

...Τὰ τοῦ Ὁμήρου δὲ οἶμαι

---

[1]) Nessel, cat. l. I p. 440.

[2]) *Πρωτοcύγκελοc Χρυcόcτομοc Χατζῆ Cταύρου, Κατάλογοι δύο τῶν χειρογράφων τῶν ἐν Ξάνθῃ τῆc Θράκηc ἱερῶν ἐνοριακῶν Μονῶν Παναγίαc Ἀρχαγγελιωτίccηc καὶ Παναγίαc Καλαμοῦc.* Byz. Zeitschr. vol. 21 (1912) p. 66. Cf. I. Dräseke in Wochenschr. f. klass. Philol. vol. 29 (1912) col. 698.

[3]) Cf. supra p. 9. Sajdak, Eos vol. XVII (1911) p. 196.

[4]) Cf. supra p. 18.

[5]) Cf. supra p. 23.

[6]) Sajdak, Eos vol. XVII (1911) p. 196 sq.

[7]) Simillimas historias publicavit Armenie Agop Manandian l. l. p. 300 sq.

[8]) Or. 15 c. 4. P. G. 35, 916 C.

λόγοϲ ἐνταῦθα ἐμιμήϲατο, ἐν οἷϲ ἐκεῖνοϲ ποιεῖ τὴν βαϲίλιϲϲαν Ἑκάβην τὸν υἱὸν αὐτῆϲ Ἕκτορα ἑκουϲίωϲ ἔξω τοῦ τείχουϲ ἀπολειφθέντα καὶ μέλλοντα τῷ Ἀχιλλεῖ ϲυμπλέκεϲθαι, παρακαλοῦϲαν εἰϲελθεῖν καὶ ϲωθῆναι· λέγει δὲ καὶ οὕτω πωϲ ὁ ποιητήϲ·

Μήτηρ δ' αὖ ἑτέρωθεν ὠδύρετο [δακρυχέουϲα,
κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μα- [ζὸν ἀνέϲχεν·
Ἕκτορ, τέκνον ἐμόν, ταῦτ' αἴδεο [καὶ μ' ἐλέηϲον
αὐτήν, εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μα- [ζὸν ἀνέϲχον,
τῶν μνῆϲαι, φίλον τέκοϲ [1].

Καὶ ἔϲτιν ἡ ἔννοια τῶν ἐπῶν τούτων τοιαύτη, ὅτι ἡ μήτηρ τοῦ Ἕκτοροϲ δακρύουϲα καὶ τὸν κόλπον παρανοίγουϲα τῇ μιᾷ χειρί, τῇ ἑτέρᾳ τὸν μαζὸν ἀνέφερε καὶ ἔλεγεν· Ὦ τέκνον, ταῦτα αἰδέϲθητι καὶ ἐμὲ αὐτὴν ἐλέηϲον, ἐάν ποτέ ϲοι τὸν μαϲθὸν τοῦτον ἐπέδωκα ἐπιλανθάνεϲθαι τῶν παιδικῶν θλίψεων ποιοῦντα, μνήϲθητι νῦν τῆϲ ἀνατροφῆϲ ἐκείνηϲ καὶ χάριϲαί μοι τὸ φείδεϲθαι ϲεαυτοῦ.

ὁ θεολόγοϲ ἐνταῦθα ἐμιμήϲατο, ἐν οἷϲ ἐκεῖνοϲ ποιεῖ τὴν βαϲίλιϲϲαν Ἑκάβην, τὸν υἱὸν αὐτῆϲ Ἕκτορα ἔξω τοῦ τείχουϲ ἑκουϲίωϲ ἀπολειφθέντα καὶ μέλλοντα τῷ Ἀχιλλεῖ ϲυμπλέκεϲθαι, παρακαλοῦϲαν εἰϲελθεῖν καὶ ϲωθῆναι· λέγει δὲ οὕτω πωϲ ὁ ποιητήϲ·

Μήτηρ δ' αὖθιϲ
τάδ' αἴδεο
ἐπέϲχον
τέκνον.

Καὶ ἔϲτιν ἡ ἔννοια τῶν ἐπῶν τούτων τοιαύτη, ὅτι ἡ μήτηρ τοῦ Ἕκτοροϲ δακρύουϲα καὶ τὸν κόλπον παρανοίγουϲα τῇ μιᾷ χειρι, τὸν μαζὸν τῇ ἑτέρᾳ ἀνέφερε καὶ ἔλεγεν· Ὦ τέκνον, ταῦτα αἰδέϲθητι καὶ αὐτὴν ἐμὲ ἐλέηϲον, ἐάν ποτέ ϲοι τὸν μαζὸν τοῦτον ἐπέδωκα, ἐπιλανθάνεϲθαι ποιοῦντά ϲε τῶν παιδικῶν θλίψεων, μνήϲθητι νῦν τῆϲ ἀνατροφῆϲ ἐκείνηϲ καὶ χάριϲαί μοι τὸ φείϲαϲθαι ϲεαυτοῦ...

3 *ἕκτορα* cod. Bern. 449 (= B) et Vat. Ottob. Gr. 384 (= V) 4 *τοίχουϲ* BV 6 *παρακαλοῦϲα* BV 11 *ἕκτορ* BV 12 *τοι*] *τι* B 16 *ἕκτοροϲ* BV 21 *μαϲθόν α* ex *ι* post. m. V.

Ex quattuor supra laudatis codicibus profero historiam, quae partem quandam orationis 24 attinet.

Ἐκ τοῦ Εἰϲ τὸν Κυπριανὸν λόγου.

Οὐ κότινοϲ ὀλυμπιακὸϲ οὔτε μῆλα δελφικὰ παί-

[1] Iliad. XXII, 79 sqq.

γνια οὔτε ἰϲθμιακὴ πίτυϲ[1]). Οἱ παλαιοὶ τοῖϲ τεθνεῶϲι θυϲίαϲ ἐτέλουν, ἃϲ ὠνόμαζον ἀπαρχάϲ. Ἐτελοῦντο δὲ ἐπ' αὐτοῖϲ καὶ ἀγῶνεϲ διάφοροι καὶ τῷ νικήϲαντι ἐν μὲν Ὀλυμπίᾳ τόπῳ τῆϲ Ἀρκαδίαϲ κότινοϲ ἢ ϲτέφανοϲ ἐδίδοτο γέραϲ καὶ ἔπαθλον· θαλὸϲ δὲ ἦν οὗτοϲ ἐλαίαϲ. Ἐν δὲ Δελφοῖϲ μῆλα, ἃ καὶ παίγνια ὁ θεολόγοϲ ὀνομάζει διὰ τὸ παιδαριῶδεϲ τοῦ ἐπάθλου καὶ καταγέλαϲτον· ἐν δὲ τῷ Ἰϲθμῷ τῆϲ Κορίνθου πίτυοϲ κλάδοϲ· ἐν δὲ Νεμέᾳ ϲέλινα. Διὰ τοϲούτων ἐπάθλων ἀγωνιζόμενοι ἔφηβοι ἐτιμῶντο, οἵτινεϲ δυϲτυχεῖϲ ὄντεϲ ἦϲαν καὶ ἄθλιοι μεγάλων πόνων μικρὰ γέρα λαμβανόντων, οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖϲ ἄλλοιϲ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖϲ μάϲτιξι καὶ ἐν ταῖϲ πληγαῖϲ διεκαρτέρουν ἐπίδειξιν δῆθεν ἀνδρείαϲ καὶ τὰϲ δυϲτυχίαϲ ποιούμενοι, ἵνα ϲτέφανον φθαρτὸν λάβωϲιν ἢ μῆλα ἢ πίτυν ἢ ϲέλινα[2]). Ϲοὶ δέ, ὦ Κυπριανέ, — φηϲί — θυϲίαι καὶ ὑπὲρ τῶν λόγων ϲου καὶ ὑπὲρ τῆϲ ἀθλήϲεωϲ οὐ τοιαῦται παρ' ἐμοῦ προϲάγονται, ἀλλὰ λόγοϲ ἐγκωμιαϲτικόϲ, κατάλληλον γέραϲ τοῖϲ τὸν Λόγον τιμῶϲι εἴτε τὸν μονογενῆ καὶ ἐνυπόϲτα-

Ϲυναγωγὴ καὶ ἐξήγηϲιϲ ὧν ἐμνήϲθη ἱϲτοριῶν ὁ ἐν ἁγίοιϲ πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριοϲ ὁ θεολόγοϲ ἐν τοῖϲ ἀναγινωϲκομένοιϲ αὐτοῦ θείοιϲ λόγοιϲ. Ἐν τῷ λόγῳ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ. Cod. Paris. Gr. 543 (= P) 4 *ἢ ϲτέφανοϲ* om. P et Nicetas Heracl. in cod. Paris. Coislin. 54 (= C) 6 *παιδαριῶδεϲ τοῦ λόγου καὶ καταγέλαϲτον* PC 7 sq. *διὰ τῶν τοιούτων δὲ ἐπάθλων οἱ ἀγωνιζόμενοι* PC 8 *ἔφηβοι καὶ νέοι* PC *ὄντεϲ*] *ὄντωϲ* P 9 *μικρὰ λαμβάνοντεϲ* P *λαμβάνοντεϲ* C 10 *ἄλλοιϲ ἄθλοιϲ* PC 11 *ἀνδρείαϲ τὰϲ δυϲτυχίαϲ ταύταϲ* P *δυϲτυχίαϲ ταύταϲ* C 12 — p. 30, 4 *Ϲοί — ἐπάξιον* quae in V et C non exstant, ad fidem cod. P.

---

[1]) Or. 24 c. 19. P. G. 35, 1193 A.

[2]) En comparentur, quae protulit Basilius Minimus ad hunc locum: *Ἔν τιϲι τόποιϲ ὡριϲμένοιϲ ἀγῶναϲ οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐτίθεϲαν, ἐν οἷϲ νέοι τινὲϲ καὶ ἔφηβοι ἠγωνίζοντο· τοῖϲ δὲ νικῶϲιν ἐν Ὀλύμπῳ ἐκ κοτίνου, εἴτουν ἐλαίαϲ, ϲτέφανοϲ ἐδίδοτο εἰϲ γέραϲ, ἐν δὲ Δελφοῖϲ μῆλα· ἐν δὲ Ἰϲθμῷ πίτυϲ· ἐν Νεμέᾳ ϲέλινα...* Cf. P. G. 36, 1164 adnot. Piccolomini, Estratti inediti dai codici greci della Biblioteca Mediceo-Laurenziana. Annali delle università Toscane. Parte I vol. XVI (1879) p. XVII. Eadem fere, sed pluribus verbis enarraverant scholiastae codicum Laurent. VII, 8 membran. saec. X et Monac. Gr. 499 fol. 50. Cf. A Iahnii-Archiv f. Phil. vol. 13 fasc. 3 p. 460. P. G. 36, 913 C.

Ὁ κότινοϲ ϲτέφανόϲ ἐϲτιν ἀπὸ ἀγριελαίαϲ τιθέμενοϲ ἐν τοῖϲ Ὀλυμπίοιϲ, [*ἅπερ* in cod. deest; adiecit E. Piccolomini] *αὐτῷ Διὶ ἦγον οἱ Πειϲαῖοι ἐν τῇ Ἠλιακῇ μοίρᾳ· τὰ δὲ μῆλα ἐν τοῖϲ Πυθίοιϲ ἐδίδοτο, ἅπερ οἱ Δελφοὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἦγον· ἡ δὲ πίτυϲ ἐν τοῖϲ Ἰϲθμίοιϲ γέραϲιν, ἅπερ Ἴϲθμια τῷ Ποϲειδῶνι ἦγον*

Ὁ κότινοϲ ϲτέφανόϲ ἐϲτιν ἀπὸ ἀγριελαίαϲ διδόμενοϲ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ· τὰ μῆλα δὲ ἐν τοῖϲ Πυθίοιϲ ἐδίδοτο, ἃ οἱ Δελφοὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἦγον· ἡ δὲ πίτυϲ ἐν τοῖϲ Ἰϲθμίοιϲ γέραϲ ἦν, ἅπερ Ἴϲθμια τῷ Ποϲειδῶνι ἦγον οἱ Κορίνθιοι ἐν τῷ Ἰϲθμῷ· ὕϲτερον δὲ ϲέλινα ἐν αὐτῷ ἐδίδοτο τῷ Ἰϲθμῷ τῆϲ Κορίνθου. τὰ δὲ ϲέ-

τον. εἴτε τὸν τῆς σοφίας καὶ τῆς λογικῆς παιδεύσεως. Εἰ δὲ τὸ δῶρον τοῦτο ἄξιον φανεῖται καὶ τῶν λόγων σου καὶ τῶν ἄθλων, χάρις τῷ μονογενεῖ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ· αὐτοῦ γάρ ἐστι δῶρον τὸ ἐμὲ δυνηθῆναι εἰπεῖν τι τῆς σῆς ἀρετῆς ἐπάξιον.

3 μονογενῆ P.

II.

Dicta quaedam ex Gregorii Nazianzeni oratione 1 et 24 iam **Dorotheus Abbas** (saec. VI—VII) [1] in Doctrinis cap. XXII et XXIII explicavit. Quas expositiones ex editione A. Gallandii [2] repetivit Migne in P. G. 88, 1821—1829 et 1829—1836. Expositiones continentur codicibus, qui sunt:

Codex Athous 3711 [177 Διονυσίου] chartac. in 4⁰ saec. XVI. In calce codicis, qui Dorothei Doctrinas exhibet et fine est mutilus, exstat *Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία ἑτέρων ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου μετὰ τροπαρίων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας λόγος κγ´* [3]. Sunt expositiones in or. 24.

Athous 4528 [408 Ἰβήρων] membran. in 8⁰ saec. XIV. Num. 7 sunt Dorothei expositiones in or. 24 inscriptae: *Ἑρμηνεία ῥητῶν τινῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς ἁγίους μάρτυρας* [4].

οἱ Κορίνθιοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ τῆς Κορίνθου, ὕστερον δὲ καὶ σέλινα ἐδίδοτο ἐν αὐτῷ· [τὰ δὲ σέλινα ἐν τοῖς Νεμείοις adiec. Piccol.], ἃ οἱ Νέμειοι ἦγον, ἢ Νεμεάται, τῷ Ἡρακλεῖ ἐν τῇ Νεμέᾳ τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. ἔστιν οὖν ταῦτα· κότινος, μῆλα, πίτυς, σέλινα. φέρεται δὲ περὶ τῶν ἀγώνων στιχελεγεῖα τοιαῦτα·

τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχαιμόροιο·
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

λινα ἆθλος ἐν τοῖς Νεμείοις ἐδίδοτο, ἃ Νέμεα ἦγον οἱ Νεμεάται τῷ Ἡρακλεῖ ἐν τῇ Νεμέᾳ τῆς Ἀργολικῆς [in cod. sequitur compendium (= μοίρας?). Cf. P. G. 36, col. 913 adnot. 4]. ἔστιν οὖν κότινος, μῆλα, πίτυς, σέλινα.

Cf. Piccolomini l. l. p. 254 num. 150. Simillimum scholion legitur in cod. Vindob. suppl. Gr. 57 [16 K] saec. X et XI in margine fol. 17ᵛ (saec. XI) ad or. 24 c. 19.

[1] Ehrhard apud Krumbacherum, Gesch. d. byzant. Litt.², p. 145 sq.

[2] Veterum Patrum Biblioth. tom. XII p. 371 sqq.

[3] Sp. P. Lampros, *Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ ἁγίου ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων*, vol. I (Cantabrigiae 1895) p. 354.

[4] Sp. P. Lampros, Catal. l. vol. II (1900) p. 144.

Monacensis Gr. 63 chartac. ff. 355 (mm. 340 × 245) saec. XVI. Fol. 3—98 continet codex varias Doctrinas Dorothei, quarum cap. 19 (fol. 82—84v. L.: Ἑρμηνεία τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων μετὰ τροπαρίων εἰς τὸ ἅγιον πάσχα: λόγος ιθ´) et 20 (fol. 85—87v. L.: Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας: λόγος κος´) Gregorii Nazianzeni or. 1 et 24 illustrant [1]).

Parisinus Gr. 1089 membran ff. 349 (mm. 187 × 150) saec. X (a. 990) manu Abramii monachi [2]) exaratus est [3]). Fol. 193—200 est Dorothei Ἑρμηνεία τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων μετὰ τρόπου εἰς τὸ ἅγιον πάσχα (Greg. Naz. or. 1). Fol. 200—207 est Ἑρμηνεία (η ex ι m. 2) ῥητῶν (η ex ει m. 2) τινῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου (η ex ι m. 2) ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας (Greg. Naz. or. 24).

Parisinus Gr. 1092 chartac. ff. 302 (mm. 215 × 135) manibus variis scriptus est; pars cum Doctrinis Dorothei (fol. 1—111) scripta est manu saec. XIV [4]). Fol. 98v—102 exstat expositio (Λόγος ιη) in or. 1; fol. 102—105v expositio (Λόγος ιθ) in or. 24.

Parisinus Coislinianus 123 membran. ff. 372 (mm. 318 × 225) saec. XI binis columnis exaratus est [5]). Fol. 1—99v continentur Doctrinae Dorothei [6]). Fol. 87v col. b—91 col. a est Dorothei Ἑρμηνεία... εἰς τὸ ἅγιον πάσχα (or. 1). Fol. 91 col. a—94 col. b exstat Ἑρμηνεία... εἰς ἁγίους μάρτυρας (or. 24).

Parisinus Coislinianus 260 membran. ff. 326 (mm.

---

1) I. Hardt, Catalogus codicum mss. Graecorum Bibliothecae Regiae Bavaricae, vol. I (Monachii 1806) p. 369.

2) Videas subscriptionem cod. fol. 348v. Cf. Omont, Fac-Similés des manuscrits. grecs datés de la Bibliothèque Nationale du IXe au XIV siècle, Paris 1891, p. 2 et tab. VIII, 2. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, Lipsiae 1909, p. 1. Gardthausen, Griechische Palaeographie¹, 1879, p. 311.

3) Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibl. Nationale... vol. I (1898) p. 218.

4) Omont, Catal. l. vol. I p. 218.

5) Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana... Parisiis 1715, p. 199. Omont, Catal. l. vol. III (1888) p. 140.

6) Sajdak, De codicibus Graecis in Monte Casino, Cracoviae 1912, p. 84.

198 × 145) saec. XI manu Meletii monachi [1]) est scriptus. Fol 1—162ᵛ exstant in codice Doctrinae Dorothei [2]). Fol. 136ᵛ—147 legitur expositio in Gregorii Nazianzeni or. 1; fol. 147—152ᵛ expositio in or. 24.

Parisinus Coislinianus 284 chartac. ff. 390 (mm. 253 × 168) saec. XIV [3]). Dorothei Doctrinae exstant fol. 7—118 [4]). Fol. 101ᵛ—105 est expositio in or. 1 (L.: *Ἑρμηνεῖαι τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλόμεναι μετὰ τρόπου εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.* In margine: *Λόγος ιθ.*); fol. 105—108ᵛ expositio in or. 24, quae in margine nota *Λόγος κ̄* signatur.

Vaticanus Gr. 335 fol. 246—255 inter Doctrinas Dorothei cap. 19 et 20 exhibet expositiones in Gregorii Nazianzeni orationes 1 (L.: *Ἑρμηνεῖαι τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου εἰς τὴν ἀκολουθίαν τοῦ πάσχα ᾀδομένων*) et 24. Eaedem expositiones et inter Doctrinas Dorothei exstant in codicibus Vaticanis Graecis 663, 730, 1088 fol. 200—204.

III.

Maximus Confessor (* 580 † 13. VIII. 662) [5]), theologorum VII saeculi doctissimus [6]), in usum „pastorum rationabilium ovium" (*ποιμένων λογικῶν προβάτων*) expositionem ambiguorum aliquot locorum, qui in Gregorii Nazianzeni et Dionysii orationibus occurrunt, conscripsit (L. *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ περὶ διαφόρων ἀποριῶν τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρη-*

---

[1]) Videas subscriptionem cod. fol. 326ᵛ. Cf. Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana... p. 305. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 300. V. Gardthausen, Griech. Palaeographie[1], p. 330.

[2]) Omont, Catal. l. vol. III p. 164. Sajdak l. l. p. 84.

[3]) Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana... p. 400 sq. Omont, Catal. l. vol. III p. 170.

[4]) Sajdak l. l. p. 84.

[5]) E. Montmasson, Chronologie de la vie de S. Maxime le Confesseur. Echos d'Orient vol. 13 (1910) p. 149—154.

[6]) Ehrhard apud Krumbacherum, Gesch. d. byz. Litt.[2], p. 61 sq. Piccolomini, Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno. (Annali delle Università Toscane vol. XVI [1879], 1) praefat. p. X sq.

γορίου...). Explanat igitur doctus monachus, „quomodo causa omnium, quae deus est, una sit simplex ac multiplex, qualis sit processio, id est multiplicatio divinae bonitatis per omnia quae sunt, a summo usque deorsum per generalem omnium essentiam primo, deinceps per genera generalissima, deinde per genera generaliora, inde per species specialiores usque ad species specialissimas per differentias proprietatesque descendens. Et iterum, eiusdem divinae videlicet bonitatis qualis sit reversio, id est congregatio, per eosdem gradus ab infinita eorum quae sunt variaque multiplicatione usque ad simplicissimam omnium unitatem, quae in deo est et deus est, ita ut et deus omnia sit et omnia deus sint... Et qua ratione deus dicitur movere et moveri, dum sit immutabilis; et quod nec sensibilia per sensum deus sentiat, nec intelligibilia per intellectum, nec sensibilia per intellectum nec intelligibilia per sensum, sed omnia in aeternis suis rationibus contemplatur...“ (Cf. Ioannis Scoti Erigenae epistulam ad Carolum Imper. in infra l. edit. Fr. Oehler p. 36). Maximi expositionem iam Ioannes Scotus iussu Caroli Calvi in Latinum vertit, quam versionem Thomas Gale ad calcem editionis Maximi *Περὶ φύσεων μερισμοῦ* (Oxoniis 1681) edidit altera operis *Περὶ διαφόρων ἀποριῶν* particula subiuncta una cum Latina interpretatione (p. 1—45 et 46—70). De scribendi genere Maximi et de Erigenae modo interpretandi disserit dilucide Iohannes Dräseke, Maximus Confessor und Iohannes Scotus Erigena (Theolog. Studien u. Kritiken. 1911, p. 20 sqq.). Cf. Wochenschrift für klass. Philologie vol. 29 (1912) col. 1313 sqq. Graece integrum *Διαφόρων Ἀποριῶν* corpus, cuius partes *πρὸς Θωμᾶν τὸν ἡγιασμένον* et *πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κυζίκου* separatim in nonnullis codicibus exhibentur, cum versione Latina publicavit codice Guelferbytano Gudiano Gr. 39 saec. XIII nisus Franciscus Oehler in Anecdotis Graecis t. I (Halis 1857): Maximi Confessoris de variis difficilibus locis SS. PP. Dionysii et Gregorii ad Thomam V. S. librum ex cod. ms. Gudiano descripsit et in Latinum sermonem interpretatus post I. Scoti et Th. Gale tentamina nunc primum integrum edidit... Halis 1857 (= P. G. 91, 1027—1418). Ambigua continentur in codicibus, qui laudantur infra:

Codex Athous 3808 [274 *Διονυσίου*] chartac. ff. 589 in 16° saec. XVI scriptus est [1]). Fol. 116ᵛ—118 = Oehler p. 2—34.

[1]) Sp. P. Lampros, *Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ ἁγίου ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων*, vol. I (Cantabr. 1895) p. 393.

Athous 3809 [275 Διονυςίου] chartac. ff. 569 in 16⁰ saec. XVII [1]). Fol. 123ᵛ—127ᵛ = Oehler p. 2—34; 38—40.

Athous 6055 [548 Παντελεήμονος] chartac. ff. 342 (mm. 225 × 145) saec. XV [2]). Num. γ—δ = Oehler p. 2—404.

Gudianus Guelferbytanus Gr. 39 membran. ff. 264 in 4⁰ saec. XIII. Codex est „tam eleganter tamque accurate conscriptus, ut non sólum alii inde libri possint egregie emendari atque suppleri, sed ipse ad hoc Διαφόρων Ἀποριῶν opus interpretandum alterius libri auxilium non desiderarem" [3]). Hoc codice (fol. 104—264ᵛ) usus Fr. Oehler Ambigua Maximi Confessoris edidit l. l.

Hierosolymitanus 37 [Τοῦ παναγ. Τάφου] chartac. saec. XVIII. Fol. 15 sqq. exstant in codice Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ ἐξηγήςεις τινῶν ῥητῶν τοῦ θεολόγου Γρηγορίου [4]).

Monacensis Gr. 83 chartac. ff. 399 (mm. 340 × 225) saec. XV [5]). Fol. 128ᵛ—138ᵛ = Oehler p. 2—34. Fol. 138ᵛ—263ᵛ = Oehler p. 38—404.

Monacensis Gr. 225 chartac. ff. 373 (mm. 245 × 165) saec. XIV—XV [6]). Fol. 34ᵛ—35 = Oehler p. 238—242. Fol. 35—35ᵛ = Oehler p. 4—6 [7]).

Monacensis Gr. 363 membran. ff. 362 (mm. 325 × 260) saec. XII—XIII [8]). Fol. 76—81 = Oehler p. 2—34. Fol. 81—143ᵛ = Oehler p. 38—404.

Parisinus Gr. 39 chartac. ff. 250 (mm. 198 × 130) saec. XIII [9]). Fol. 88—92 = Oehler p. 82—92. Post ea exstant in codice Maximi θεωρίαι = Oehler p. 92—184.

Parisinus Gr. 886 membran. ff. 375 (mm. 510 × 370) saec.

---

[1]) Catal. l. vol. I p. 396.

[2]) Catal. l. vol. II (1900) p. 393.

[3]) Oehler l. l. p. VII sq. Cf. Dräseke l. l. col. 1315.

[4]) A. Papadopulos-Kerameus, Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη... vol. IV (Petropoli 1899) p. 57 sq. Cf. ibid. p. 461.

[5]) Hardt, Catalogus codicum mss. Graecorum Bibliothecae Regiae Bavaricae, vol. I (Monachii 1806) p. 471 sq.

[6]) Hardt, Catal. l. vol. II (Monachii 1806) p. 466.

[7]) Cf. T. Sinko, O rękopisach mów św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach włoskich. II. Eos vol. XV (1909) p. 79.

[8]) Hardt, Catal. l. vol. IV (Monachii 1810) p. 57 sq.

[9]) Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibl. Nationale... vol. I p. 7: „Anonymi explicationes...".

XIII [1]). Fol. 130^{v}—136^{v} = Oehler p. 2—34. Fol. 136^{v}—213 = Oehler p. 38—404.

Parisinus Gr. 888 chartac. ff. 320 (mm. 295 × 200) saec. XVII [2]). Fol. 296^{v}—320 = Oehler p. 2—34.

Parisinus Gr. 1094 chartac. ff. 245 (mm. 210 × 135) saec. XV [3]). Fol. 61—68 = Oehler p. 2—34. Fol. 68—159 = Oehler p. 38—404.

Parisinus Gr. 1097 membran. ff. 211 (mm. 180 × 142) saec. XI (a. 1055) [4]). Fol. 195^{v}—210^{v} = Oehler p. 2—34.

Parisinus Coislinianus 90 membran. ff. 283 (mm. 430 × 310) saec. XII [5]). Fol. 141^{v}—218^{v} = Oehler p. 2—404.

Parisinus Coislinianus 293 membran. ff. 151 (mm. 240 × 175) saec. XI. Initio codex mutilus est [6]). Fol. 1—50^{v} = Oehler p. 256—404.

Taurinensis Gr. 25 [B. V. 5] [7]) membran. saec. XI. Fol. 108—112 = Oehler p. 2—34. Fol. 112—169 = Oehler p. 38—404 (?). Ad calcem commentariorum leguntur haec: *Τέλος τῶν σχολίων τοῦ ἁγίου Μαξίμου τὰ εἰς τὸν Θεολόγον* [8]).

Taurinensis Gr. B. IV. 32—33 chartac. ff. 192. 152 (mm. 235 × 173) saec. XVIII ex. vel XIX in. scriptus. „Quae his duobus voluminibus exhibentur, ea habes in alio ms. Taurinensi C. III. 3 (B. V. 5) ff. 112—168^{v}" [9]).

Venetus Marcianus 136 membran. ff. 380 in fol. saec.

---

1) Omont, Catal. l. vol. I p. 166.

2) Ibid. p. 168.

3) Ibid. p. 219.

4) Ibid.

5) Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana... Parisiis 1715, p. 142. — Omont, Catal. l. vol. III p. 130.

6) Montfaucon l. l. p. 411. — Omont, Catal. l. vol. III p. 172.

7) Codex idem esse videtur atque is, quem Fr. Oehler l. l. p. VIII et Dräseke l. l. col. 1315 I. Fabricium secuti numero XXIV signant.

8) Ios. Pasini, Codices mss. Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei... vol. I (Taurini 1749) p. 95.

9) C. O. Zuretti, Indice de' mss. greci Torinesi non contenuti nel catalogo del Pasini. Studi ital. di filol. class. vol. IV (1896) p. 203 sq. — Codices Taurinenses B. V. 5 et B. IV. 32—33 deleti esse videntur a. 1904. Cf. Gaetano de Sanctis, Inventario dei codici superstiti greci e latini antichi della Biblioteca Nazionale di Torino. Rivista di filol. e d'istruz. class. vol. XXXII (1904) p. 385 sqq.

XII—XIII [1]. Aliis omissis continet codex Maximi ea, quae apud Oehlerum p. 2—34 leguntur [2].

Vindobonensis suppl. Gr. 11 chartac. ff. 412 (mm. 374 × 290) saec. XV [3]. Fol. 389v—410 = Oehler p. 38—144.

Vindobonensis suppl. Gr. 41 [25 K] chartac. ff. 164 (mm. 280 × 210) saec. XV continet fol. 1—159 Maximi ad Thalassium Presbyterum et Abbatem de variis s. scripturae dubiis quaestiones et responsiones LXV. Post ea fol. 159v—164 leguntur excerpta quaedam theologica, quae A. Fr. Kollar censuit [4]) esse sumpta ex Eliae Cretensis in orationes Gregorii Nazianzeni commentariis et exempli gratia protulit [5]) excerptum secundum, quod auctum ego iterum profero, ut demonstretur excerptum et hoc et alia collecta esse e commentariis Maximi Confessoris de variis difficilibus locis Dionysii et Gregorii; ex commentariis Eliae Cretensis nihil in codice invenitur.

Fol. 160. L. *Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ θεολόγου εἰς τόν· ᾧτινι μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο εἴτε νέφος χρὴ λέγειν εἴτε προκάλυμμα... μακάριος οὗτος τῆς ἐντεῦθεν ἀναβάσεως καὶ τῆς ἐκεῖσε θεώσεως, καὶ τὰ ἑξῆς:* Rubro. Gregorii Naz. or. 21 c. 2 in. P. G. 35, 1084 C.

Scholion: *Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι ἐλλιπῶς ἔχειν τὸν ἀποδοθέντα περὶ τῆς ἀρετῆς τῶν ἁγίων τοῦ διδασκάλου λόγον, κἂν τινες, ὡς γεγράφατε, τοῦτο νομίζουσι διὰ τοῦ λόγου· καὶ θεωρία μόνον πρακτικῆς δίχα τὴν κατὰ θεὸν τῶν μετελθόντων αὐτὴν φιλοσοφίαν εἰπεῖν...* Cf. Maximi Confessoris de variis difficilibus locis SS. PP.

---

[1]) Zanetti-Bongiovanni, Graeca D. Marci Bibliotheca codicum manuscriptorum... (Venetiae 1740) p. 78. — Morelli, Bibliotheca manuscripta Graeca et Latina, vol. I (Bassani 1802) p. 82 sq. — Dräseke l. l. col. 1315.

[2]) Codex Venetus olim in bibliotheca Naniana num. 64 signatus (nunc Marcian. Gr. II, 43) nihil commune cum Ambiguis habet. Videas velim cod. Marcian. Gr. II, 43 infra, ubi de Basilio Minimo et Georgio agitur. Cf. Oehler l. l. p. VIII. Dräseke l. l. col. 1315.

[3]) Ad. Fr. Kollarii ad P. Lambecii Commentariorum de August. Bibl. Caes. Vindobonensi libros VIII Supplementorum lib. I (Vindobonae 1790) col. 103 sq.

[4]) Kollarii ad Petri Lambecii commentariorum... l. l. VIII Supplementorum lib. I col. 213 sq. Cf. Fabricius-Harles, Bibl. Gr. VIII⁴ p. 431.

[5]) L. l. col. 214.

Dionysii et Gregorii ad Thomam ... ed. Oehler. Halis 1857, p. 82. Ceterum monendum est Eliam Cretensem ad or. 21, quae orationibus adnumeratur illis sedecim, quae *οἱ ἀναγινωσκόμενοι λόγοι* vocantur, scholia omnino non scripsisse [1]).

Ita Draesekei adnotatio: „... und vielleicht sind noch mehr (Hss.) vorhanden...", quam protulerat, cum de tribus illis Fabricio notis codicibus Ambiguorum in Wochenschrift für klass. Philol. vol. 29 (1912) col. 1316 disputaret, comprobatur.

IV.

Praestantissimis Gregorii Nazianzeni scholiastis adnumerandus est rectissime **Basilius,** Caesareae Cappadociae saec. X [2]) episcopus, qui modestus, ne cum Magno confunderetur, Minimus (ἐλάχιστος) ipse nominari voluit [3]). Commentarios eius, quibus orationes Gregorii instruxit, primus adhibuit David Ruhnken [4]) in adnotationibus ad Timaei lexicon Platonicum [5]), post eum Fr. Iac. Bast codice Parisino Gr. 573 saec. XI usus in notis, quibus Gregorium Corinthium illustravit [6]). Plurima tamen ex commentariis Basilii publici iuris fecit Io. Fr. Boissonade. qui non solum in adnotationibus ad Eunapium (a. 1809), Diogenem Cynicum (a. 1818), Nicetam Eugenianum (a.

---

[1]) Cf. P. G. 36, 757 A.

[2]) A. M. Bandini, Catalogus codd. mss. Bibliothecae Mediceo-Laurentianae... vol. I (Florentiae 1764) p. 536. I. Fr. Boissonade in Notices et extraits de manuscrits de la bibliothèque du roi... vol. XI, II p. 60 adnot. 1 (= P. G. 36, 1076 adnot. 5).

[3]) Cf. inscriptionem epistulae nuncupatoriae ad Constantinum Imp. (a. 912—959) apud Bandinium in cat. l. I p. 536. Notices et extraits... l. l. p. 58. P. G. 36, 1073 A. In cod. Paris. Gr. 573 saec. XI fol. 68 in nota ad or. 42 c. 9 (...*ὡς Ἰωάννης διδάσκει με διὰ τῆς ἀποκαλύψεως*...) haec profert Basilius de se commentariorum auctore: ...*καὶ Βασίλειος δὲ ὁ Μέγας οὗ κοινωνὸς καὶ ὀνόματος καὶ θρόνου ὁ ταῦτα γράφων ἐγὼ*...

[4]) Usus est cod. Vossiano 45 in fol. Excerpta Ruhnkenii, quae congessit ex Basilii scholiis, sunt hodie in cod. Leidensi XXIII. Ru. 58. De codicibus his invenies infra p. 42 sq.

[5]) Timaei Sophistae lexicon vocum Platonicarum... Lugduni Batav. 1754. Cf. adnott. pagg. 56, 60, 91, 116, 131, 173, 184.

[6]) Gregorii Corinthii... libri de dialectis linguae Graecae. Rec. et cum notis G. Koeni, Fr. Iac. Bastii, I. F. Boissonadi suisque ed. G. H. Schaefer, Lipsiae 1811. Cf. adnott. pagg. LIII, 874, 875, 906, 916, 931.

1819), Herodiani Partitiones (a. 1819), Tzetzae allegorias Homericas (a. 1851), in Anecdotis Graecis (a. 1829—1833) et Novis (a. 1844) excerpta nonnulla ex cod. Paris. Gr. 573 protulit [1]), sed etiam in commentariis Notices et extraits de manuscrits de la Bibliothèque du roi et autres bibliothèques... vol. XI parte II (Parisiis 1827) pagg. 55—164 (= P. G. 36, 1073—1180) Basilii epistulam nuncupatoriam ad Constantinum Imp. [2]) nec non integros commentarios in Gregorii adversus Iulianum invectivas (oratt. 4 et 5) et in encomium Heronis philosophi (or. 25) secundum codd. Pariss. Gr. 573 et Coislin. 236 saec. XI edidit. Postea Ludovicus de Sinner cum Gregorii oratione funebri in Caesarium fratrem (or. 7) et scholia Basilii in eandem publicavit ex cod. Paris. Gr. 573 [3]). Item Albertus Iahn in appendice ad Eliae Cretensis scholia ex codicibus Monacensibus Gr. 34 saec. XVI (a. 1551), 204 saec. XIII, 499 saec. XIII excerpta in Mignei P. G. vol. 36 col. 903—908 et 913—916 aeque atque in Animadversionibus in S. Basilii Magni opera [4]) et in posteriorem partem Basiliani opusculi De legendis gentilium libris [5]) proposuit. Plurima Basiliana inveniuntur etiam in scholiis, quae publicaverunt E. Piccolomini (ex cod. Laurent. Gr. VII, 8 saec. X—XI) [6]), V. Puntoni (ex cod. Laurent. Gr. IV. 13 saec. X) [7]), Ed. Norden (ex codd. Monacc. Gr. 34 saec. XVI [a. 1551], 204 saec. XIII, 499 saec. XIII, Oxonien. Colleg. B. Mariae Magdal. 5 saec. XI) [8]). Reliqua exstant adhuc in codicibus, qui sunt:

---

[1]) Cf. praefationem I. F. Boissonade in Notices et extraits... l. l. p. 56. Ed. Norden, Scholia in Gregorii Nazianzeni orationes inedita. Hermes vol. 27 (1892) p. 606 sq.

[2]) Bandini, cat. l. I p. 536 sq.

[3]) S. Gregorii Nazianzeni Theologi in Caesarium fratrem oratio funebris. Rec. L. de Sinner, Parisiis 1836. Cf. p. VI sq., 35—55 (= P. G. 36, 1181—1206).

[4]) Supplementum editionis Garnerianae secundae, fasc. I, Bernae et S. Galli Helvetiorum 1842, passim.

[5]) Archiv für Philol. u. Paedag. vol. XII fasc. III p. 455 sqq.

[6]) Estratti inediti dai codici greci della Biblioteca Mediceo-Laurenziana, pubblicati da E. Piccolomini I: Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno. Annali delle Università Toscane, vol. XVI, I (Pisae 1879) p. I—XLII et p. 231—275.

[7]) Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno. Studi di filol. greca, vol. I (Taurin. 1886) p. 133—180, 207—241.

[8]) Scholia in Gregorii Nazianzeni orationes inedita. Hermes vol. 27 (1892) p. 606—642.

Codex Athous 3086 [17 *Κουτλουμουϲίου*] membran. ff. 260 saec. XII scriptus continet praeter alia [1]) Basilii Minimi commentarios in 16 orationes [2]) Gregorii Nazianzeni.

Fol. 137 —138. Comment. in or. 1.
„ 138 —142^{v}. „ „ „ 45.
„ 142^{v}—149. „ „ „ 44.
„ 149 —158. „ „ „ 41.
„ 158 —160^{v}. „ „ „ 15.
„ 160^{v}—163. „ „ „ 24.
„ 163 —165^{v}. „ „ „ 16.
„ 165^{v}—169. „ „ „ 19.
„ 169 —181. „ „ „ 38, quibus praemittitur epistula nuncupatoria ad Constantinum Imp. Cf. P. G. 36, 1073—1080.

Fol. 181 —196. Comment. in or. 43.
„ 196^{v}—203. „ „ „ 39.
„ 203 —208^{v}. „ „ „ 40.
„ 208^{v}—216. „ „ „ 21.
„ 216 —226. „ „ „ 42.
„ 226 —230. „ „ „ 14.
„ 230 —231^{v}. „ „ „ 11.

Athous 5513 [7 *Παντελεήμονοϲ*] membran. ff. 277 (mm. 250 × 195) saec. XI scriptus continet Basilii Minimi commentarios in Gregorii Nazianzeni orationes 45 [3]), easdem igitur, quae illustratae sunt in cod. Parisino Gr. 573 [4]). Fol. 1 post indicem orationum [5]) legitur scriptum in marginibus manu saec. XIII: *Προοίμιον Βαϲιλείου ἀρχιεπιϲκόπου Καιϲαρείαϲ Καππαδοκίαϲ. Ἐν ταῖϲ μεγίϲταιϲ καὶ δημοτελέϲι τῶν πανηγύρεων*... Est epistula nuncupatoria Basilii Minimi ad Constantinum Imp. [6]). Manu recentiore adscriptum est: *Βαϲιλείου ἐλαχίϲτου ἀρχιεπιϲκόπου Καιϲαρείαϲ Καππαδοκίαϲ Ἐξηγήϲειϲ καὶ ὑπομνηματιϲμοὶ εἰϲ με΄ λόγουϲ Γρηγοριου Ναζιανζηνοῦ τοῦ Θεολόγου ἀφιερωθέντεϲ Κωνϲταντίνῳ αὐτοκράτορι τῷ Πορφυρο-*

---

1) Sp. P. Lampros, *Κατάλογοϲ κτλ.*, vol. I p. 274 sq.
2) Sunt *λόγοι οἱ ἀναγινωϲκόμενοι* qui vocantur.
3) Sp. P. Lampros, Catal. l. vol. II p. 282.
4) Confer infra p. 45 sqq.
5) Indicem sequuntur commentarii in or. 38. 39.... 22. 23. 17.
6) Cf. P. G. 36, 1073—1080.

γεννήτῳ. Initio codicis scripsit manus posterior: „Ego martinus Potideata. *Ἡ βίβλος ἥδε Πελαγονίας πέλει· ἕξει γὰρ αὐτὴν μονὴ τοῦ Μυροβλήτου· Ἡ παροῦςα βίβλος ἀφιαίρωται τῇ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου μονῇ τῇ* (evanida) *μου ἐκ βάθρου* (evanida) *μνήμης χάριν ἡμετέρας καὶ τῶν γονέων μου. Ὁ Πελαγονίας Δημήτριος*" [1]).

Athous 6269 [762 *Παντελεήμονος*] chartac. pagg. 806 (mm. 340 × 230) saec. XIX (a. 1881) scriptus est et continet Basilii Minimi commentarios in 45 orationes Gregorii Nazianzeni. Commentariis praemittitur index orationum, prooemium (*προοίμιον* i. e. epistula nuncupatoria ad Constantinum Imp. Cf. P. G. 36, 1073—1080) et prolegomena sumpta ex I. Fr. Boissonade, Notice des scholies inédites de Basile de Césarée sur S. Grégoire de Nazianze (Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque du Roi... vol. XI pars 2) p. 55 sqq. In calce codicis scripsit manus eadem, quae codicem exaravit: *Θεοῦ τὸ δῶρον· ὁ δὲ πόνος Παύλου τάχα καὶ μοναχοῦ. Κατ' αἴτηςιν τοῦ ςεβαςμιωτάτου πνευματικοῦ τοῦ ἱεροῦ Ῥωςςικοῦ κοινοβίου, κυρίου Ἱερωνύμου, ἀντεγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ αὐτοῦ κοινοβίου, κατὰ τὸ ͵αωπα^{ον} ἔτος μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ς^{η}* (= 6. X. 1881) *ἐκ τοῦ χειρογράφου τοῦ θ^{ου} αἰῶνος τοῦ ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ ἀποκειμένου* [2]). Ex subscriptione hac praeter alia elucet codicem apographon esse cod. Athoi 5513 [3]).

Caesenatensis XXIX dext. 4 membran. ff. 270 (mm. 270 × 200) una manu saec. XI diligentissime exaratus est. Pagina exstant semper vv. 26. Fol. A^{v} scripsit manus posterior: „Basilii opa". In codice insunt commentarii Basilii Minimi in 19 orationes Gregorii Nazianzeni, et historiae in orationem 4 et 43 [4]).

Fol. 1—3^{v} est Basilii epistula nuncupatoria ad Constantinum Imp. Cf. P. G. 36, 1073—1080.

---

[1]) Lampros, Cat. l. vol. II p. 282.

[2]) Lampros, Catal. l. vol. II p. 428.

[3]) Confer supra p. 39.

[4]) I. M. Muccioli, Catalogus codd. mss. Malatestianae Caesenatis Bibliothecae fratrum minorum conventualium fidei custodiaeque concreditae... vol. I (Caesenae 1780) p. 107 putat in codice XXIX, 4 scripto saec. XIII inesse orationes Gregorii Nazianzeni „non paucas", „tum scholia nonnulla in Gregorii Nazianzeni opera". Eadem protulit Raimondo Zazzeri, Sui codici e libri a stampa della Biblioteca Malatestiana di Cesena ricerche ed osservazioni, Cesena 1887, p. 242 sq. — Uterque catalogus in parte cum codicibus Graecis

Fol. 3ᵛ—18 sunt comment. in or. 38.
„ 18 —52. Comment in or. 43.
„ 52 —62. „ „ „ 39.
„ 62ᵛ—79. „ „ „ 40. Fol. 79 est subscriptio: *Τέλοc τῶν εἰc τὸ βάπτιcμα cχολίων.* Huius generis subscriptiones leguntur et alibi in codice in commentariorum fine.

Fol. 79 —116. Comment. in or. 42.
„ 116 —135ᵛ. „ „ „ 21.
„ 135ᵛ—153ᵛ. „ „ „ 14. Post fol. 153 desunt 4 folia. Fol. 153ᵛ desinit: — *καὶ τῷ ὄντι καταθρηνῶν τὴν εἰc τοcοῦτον ἀ* ||. Fol. 154 incipit: || *ἀδελφὰ τοίνυν φρονεῖν ὀφείλοντεc*... Comment. in or. 1 c. 1 fin. P. G. 35, 396 B.

Fol. 154 —156ᵛ. Comment. in or. 1.
„ 156ᵛ—169. „ „ „ 45.
„ 169 —179. „ „ „ 44.
„ 179 —205ᵛ. „ „ „ 41.
„ 205ᵛ—210ᵛ. „ „ „ 15.
„ 211 —217ᵛ. „ „ „ 24.
„ 217ᵛ—230. „ „ „ 32.
„ 230 —238. „ „ „ 19.
„ 238 —247ᵛ. „ „ „ 16.
„ 248 —251. „ „ „ 11.
„ 251 —256ᵛ. „ „ „ 34.
„ 256ᵛ—264. „ „ „ 36.

Post commentarios Basilii leguntur historiae in orationem 4 (fol. 264—268ᵛ) et 43 (fol. 268ᵛ—269ᵛ) [1].

In calce codicis fol. 269ᵛ exstat fragmentum de septem mundi miraculis adscriptum Gregorio Nazianzeno (L. *Τοῦ θεολόγου περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων*) [2].

---

scatet mendis. Cf. Albert Martin, Les manuscrits grecs de la bibliothèque Malatestiana à Cesena. Corrections au catalogue de I. M. Muccioli (Mélanges d'archéologie et d'histoire vol. II [1882] p. 224—233). Proponuntur adnotationes in codices Graecos XXVII, 1. 2. 3, XXVIII, 1. 2. 3 — ad codices, qui ad Gregorium Nazianzenum pertinent, nihil additur —, quae ita concluduntur p. 233: „Ces observations, que nous avons recueillies dans une courte visite à la Malatestiana, suffiront pour montrer qu' il ne faut se servir du catalogue de Muccioli qu' avec précaution, au moins pour ce qui regarde les manuscrits grecs. Ajoutons que les fac-similés surtout sont tout-à-fait infidèles". Cf. ibid. p. 228.

[1]) Confer supra p. 11.

[2]) Confer infra.

Laurentianus S. Marco 688 N. membran. ff. 180 (mm. 256 × 188) saec. X est exaratus. Folia 179ᵛ et 180 sunt vacua scriptura. In codice insunt commentarii Basilii Minimi in 27 orationes et 2 epistulas Gregorii Nazianzeni. Initio commentariorum cuiusque orationis adscribitur nota critica *ἈΝΤΕΒΛΗθ*. Post indicem orationum (fol. 1) legitur fol. 2 epistula nuncupatoria Basilii Minimi ad Constantinum Imp.[1]) cum prooemio in or. 38 (Inc. *Ὁ λόγος ὁ κατὰ ἀποτάδην...* Des.: — *καὶ εὐφραίνεσθαι παρακελευομένῃ*)[2]), quae sequuntur commentarii in Gregorii Nazianzeni orationes: 28. 24. 15. 14. 41. 13. 30. 31. 34. epist. 101. 102. oratt. 36. 26. 25.[3]) 2. 9. 10. 11. 3. 17. 16. 7.[4]) 8. 18. 4.[5]) 5.[6]) 33. 20. 19.[7]).

Leidensis Vossianus Gr. in fol. 45 chartac. ff. 605 (mm. 305 × 205; pars conscripta habet mm. 205 × 110) saec. XVI scriptus est. Codex est unus ex multis codicibus, quos Parisiis conscripsit Constantinus Palaeocappa[8]), et quorum maxima pars hodie Parisiis in Bibliotheca Nationali conservatur[9]). Codex, de quo agitur, fuit olim in bibliotheca cardinalis de Granvelle[10]). Constantinus Palaeocappa in indice codicum a se scriptorum[11]) inscripsit codicem: *Βιβλίον καον. Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ Νέου, ἐξήγησις εἰς πάντας τοὺς λόγους Γρηγορίου θεολόγου τοῦ Ναζιανζηνοῦ, πρὸς αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον τὸν Πορ-*

---

1) P. G. 36, 1073—1080.

2) Cod. Paris. Gr. 573 fol. 1ᵛ—2.

3) P. G. 36, 1159—1180.

4) P. G. 36, 1181—1206.

5) P. G. 36, 1079—1124.

6) P. G. 36, 1125—1160.

7) Cf. E. Rostagno e N. Festa, Indice dei codici greci Laurenziani non compresi nel catalogo del Bandini. Studi italiani di filologia classica vol. I (1893) p. 191.

8) Omont, Catalogue des manuscrits grecs copiés a Paris au XVIᵉ siècle par Constantin Palaeocappa (Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France vol. 20 [1886] p. 241—268).

9) Omont l. l. p. 244 adnot. 3. Cf. eiusdem Introductionem in Catalogum codicum Graecorum Bibl. Nationalis p. XXXVII.

10) Omont l. l. p. 244 adnot. 2; Idem, Catalogue des manuscrits grecs des départements, Paris 1886, p. 13 adnot. 3.

11) Cod. Londin. Brit. Mus. Old Royal 16. C. VI ff. 30 (mm. 185 × 115); apographon codicis est cod. Harley 1879 fol. 11—18.

φυρογέννητον[1]). In codice insunt igitur Basilii Minimi commentarii in orationes (omnes) Gregorii Nazianzeni[2]), qui incipiunt ab epistula nuncupatoria Basilii ad Constantinum Imp. (P. G. 36, 1073—1080) et commentariis in or. 38. Ex supra prolatis aeque atque eis, quae humanissimus Praefectus Bibliothecae Leidensis benigne mecum communicavit, conicere audeo codicem Vossianum esse apographon codicis Parisini Gr. 573[3]). Plura excerpta ex cod. Vossiano protulit David Ruhnken in Timaei Sophistae lexico vocum Platonicarum (Lugduni Batav. 1754) p. 56 adnot. 4, p. 60 a. 14, p. 91 a. 53, p. 116 a. 13, p. 131 a. 9, p. 173 a. 22, p. 184 sq. a. 19, et Wolfgang Seber in Notis ad Iulii Pollucis Onomasticon (Francofurti 1608) col. 99 et 105 sq. ex Dav. Hoeschelii epistula ad eum scripta.

Leidensis 5 [XXIII. Ru. 58], fasciculus 3 foliorum in 4°, continet excerpta ex Basilii Minimi commentariis in orationes Gregorii sumpta ex cod. Leidensi Vossian. Gr. in fol. 45 a Davide Ruhnkenio[4]).

Matritensis O. 27 [Biblioteca nacional] chartac. ff. 236 in fol. saec. XVI est scriptus. In codice sub num. 4 sunt excerpta ex commentariis Basilii Minimi in or. 4 Gregorii Nazianzeni[5]). Cf. P. G. 36, 1079—1124.

Monacensis Gr. 34 chartac. ff. 499 (mm. 350 × 223) a. 1551 (cf. subscriptionem infra allatam) scriptus est[6]). Codex continet Procopii sophistae christiani variarum in Esaiam prophetam

---

[1]) Omont l. l. p. 255.

[2]) Librorum manuscriptorum Isaaci Vossii, Canonici Vindesoriensis, catalogus confectus a Paulo Colomesio Rupellensi... (Pauli Colomesii Rupellensis Opera... edita curante Io. Alb. Fabricio, Hamburgi 1709) p. 849. — Catalogus librorum tam impressorum quam manuscriptorum Bibliothecae publicae Universitatis Lugduno-Batavae, Lugduni Batav. 1716, p. 393.

[3]) Cf. infra p. 45 sqq.

[4]) Iac. Geel, Catalogus librorum manuscriptorum qui inde ab anno 1741 Bibliothecae Lugduno Batavae accesserunt, Lugduni Batav. 1852, p. 2.

τῶν λόγων ποιεῖται τὸν λόγον καὶ ἐρωτᾷ, δι' ἣν αἰτίαν πρὸς τοὺς λόγους αὐτὸν ἐκβιάζεται. Τὸ γὰρ τίς, ἐρωτήσεως...

Fol. 258r desinit commentario in cap. 9 in. (l.: *μὴ ὅτι τῆς ἀξίας*): — *ἐκβάλλει καὶ ταύτην τὴν ἀντίθεσιν ἢ πρόφασιν ὁ πατὴρ λέγων* ||. Fol. 258v incipit anonymi tractatus theologicus: *Ὀφείλει ὁ ἀρχιερεὺς προΐστασθαι τῶν ἀδικουμένων ἕως θανάτου καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιθέναι...*

Vaticanus Palatinus Gr. 402 membran. ff. VI + 387 (mm. 242 × 156) saec. XI et XII manibus duabus (I fol. 1—387 saec. XI; II fol. I—VI saec. XII) [1]) nitidissime exaratus est. Olim fuit codex Basileensis conventus ordinis Praedicatorum [2]), postea Frobenii, qui eum cuidam alteri donavit [3]). Codex exhibet orationes (epistulas et carmina) Gregorii Nazianzeni [4]), orationem Gregorii Nysseni et Ioannis Geometrae orationem et encomium Theologi. Inscriptiones et initiales litterae auro, caeruleo, saepe minio sunt pictae [5]). Saec. XVI medio [6]) fuit codex Basileae, et Gregorii Nazianzeni editio Basileensis a. 1550 apud Io. Hervagium facta „la reproduction fidèle, sinon complète du Palatinus 402" nominari potest [7]). Orationes [8]) nonnullae copiosissimis

---

[1]) A. Misier, Origine de l' édition de Bâle de saint Grégoire de Nazianze. Revue de philologie de littérature et d' histoire anciennes vol. 26 (1903) p. 133: „On y distingue quatre (?) mains, sans parler de la main très récente qui a écrit la dernière page: 1° main du texte; 2° main du rubricateur, des scholies et des corrections anciennes... 3° une main non identifiée, du XVIe siècle environ, qui a fait quelques corrections au texte, inséré des sommaires de chapitres et, çà et là, une numérotation de paragraphes; 4° peut-être une main plus moderne encore, qui a continué le même travail".

[2]) Cod. fol. IIav: „Sermones Gregorii archiepi Constantinopolis. Gr. 33. Conventus basilieñ ordinis praedicatorum". Fol. VI: „Hũc librũ diui Gregorii Nazianzeni pertinẽtem monasterio frm ordinis praedicatorum in Basilea, eripuit fr Iohannes Ulricus Sucunlus, ne ueniret in manus impii Lamp aut aliorum hereticorum, sed maneret orthodoxis ad honorem dmi nostri Iesu Christi. An. 1529".

[3]) Fol. IIa: „1553. Der Frobenius zu Basell hat mir geschenckt".

[4]) Fol. IIa: „Quinquaginta duo opuscula hic habentur diui Gregorii Nazianzeni neque plura sunt, si helie (Aelie?) metropolitae creditur". Cf. P. G. 36, 757 A.

[5]) P. Tacchi-Venturi, De Ioanne Geometra etc. Studi e documenti di storia e diritto vol. XIV (1893) p. 148, ubi scriptura codicis fusius descripta est.

[6]) Cf. supra adnotationem 3.

[7]) Misier l. l. p. 137 et 125 sqq.

[8]) H. Stevenson sen., Codices mss. Palatini Graeci Bibliothecae Vati-

instruuntur scholiis marginalibus, aliae paucis, quaedam fere nullis. quae omnia — comparavi scholia in or. 27—31 (cod. fol. 130^{v}—166^{v}) — sunt Basilii Minimi exceptis nonnullis prooemiis. Fol. I—V^{v}, quae manu aliquantum posteriore (saec. XII) conscripta sunt, exstant Ioannis Geometrae scholia in Gregorii Nazianzeni or. 1 (fol. I—III) et 45 (fol. III—V^{v}) [1]), quae fine mutila sunt; fol. V^{v} verbis commentarii in lemma: *Ὡc ἂν δὲ τὸ τῆc coφίαc βάθοc μὴ ἀγνοῇc* (or. 45 c. 13. P. G. 36, 640 C): ...*εὐκρίνεια δὲ διορθωτικὴ τῆc περιβολῆc οὖcα καὶ βοηθὸc τῆc καθαρότητοc· οὐκ ἀδύνατοc καὶ τῇ περιβολῆc* || desinit. — Fol. I prooemium et initium commentarii in or. 1:

L. *Τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου cχόλια εἰc τόν' Ἀναcτάcεωc ἡμέρα.*

Ὁ μὲν λόγοc τοῦ πανηγυρικοῦ· διαιρεῖται δὲ εἰc τρία ταῦτα, εἴc τε τὸν πανηγυρικὸν καὶ τὸν ἀναθεματικόν, ὃc καὶ αὐτὸc τοῦ πανηγυρικοῦ εἴδουc ἐcτί, καὶ (add. m. 2) *τὸν cυμβουλευτικόν. Δεῖ γὰρ γινώcκειν, ὅτι τὰ μὲν τῶν πολιτικῶν προοίμια ἔκ τε τῶν τόπων, ὧν οἱ τεχνογράφοι πάντεc παραδεδώκαcιν, λαμβάνονται, καὶ ἔτι τῶν*

---

canae, Romae 1885, p. 261 minus accurate codicem descripsit. Codex continet (fol. 1—321^{v}) Gregorii Nazianzeni orationes 1 (α'). 45. 44. 41. 15. 24. 19. 38. 43 (fine mutila). 39. 40. 11. 21. 42. 14. 16. 33. 20. 27. 28. 29. 30. 31. 4. 5. 37. epist. 202. or. 13. carm. I, 2 n. 3. or. 2. 12. 9. 10. 3. 17. 7. epist. 243. Semas. Metaphr. epist. 102. 101. or. 36. 26. 25. 6. 23. 22. 32. 8. 34. 18. 35 (νβ'; fine mutila). Notas stichometricas in orationes Gregorii in codice non vidi. Cf. T. Sinko, O rękopisach mów św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach włoskich. Cz. II. Eos vol. XV (1909) p. 67. — Cod. fol. 322—324 est Gregorii carm. II, 1 n. 1 v. 152—fin. — Fol. 324^{v}—352^{v} Ioannis Geometrae in Greg. Naz. encomium, de quo conferas velim infra. — Fol. 352^{v}—360 Ioannis Geom. or. *Εἰc τὸν εὐαγγελιcμὸν τῆc ὑπεραγίαc θεοτόκου.* — Fol. 360^{v}—362^{v} Gregorii Nysseni or. *Εἰc τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν* (P. G. 46, 544—553), quam A. Ballerini, Sylloge monumentorum ad mysterium Conceptionis Immac. Virg. Deiparae illustrandum, pars II (Romae 1856) p. 131 lemmate falso (*Τοῦ αὐτοῦ εἰc ἑαυτὸν ἡνίκα πρεcβύτεροc ἐχειροτονήθη.* Super *Τοῦ αὐτοῦ* est scriptum manu posteriore: *Τούc* (abbrev.) *γρη.* Et aliquantum superius: *τοῦ θεολόγου*) in hoc codice deceptus Ioanni Geometrae attribuit. Mendum correxit P. Tacchi-Venturi l. l. p. 140, quod tamen repetitur semper. Cf. K. Krumbacher, Gesch. d. byzant. Litt.² p. 731 et A. Ehrhard ibid. p. 169 num. 4 fin. A. Mayer, Psellos' Rede über den rhetorischen Charakter des Gregorios von Nazianz. Byz. Zeitschr. vol. 20 (1911) p. 35 adnot. 1. — Fol. 363—379^{v} Vita Gregorii Naz. a Greg. Presbyt. conscripta. — Fol. 380—387^{v} Pselli encomium in Greg. Naz. Cf. A. Mayer l. l. p. 48 sqq.

[1]) P. Tacchi-Venturi l. l. p. 146 sqq.

τελικῶν κεφαλαίων, ἅπερ ἐν τῷ συμβουλευτικῷ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εὑρίσκονται. Τὰ δὲ πανηγυρικὰ ἔκ τε τῶν αὐτῶν καὶ τῶν περιστατικῶν, ὥσπερ κἀνταῦθα ἀπὸ τοῦ καιροῦ τὸ προοίμιον, οὐκ ἀπ' ἐκείνου φημὶ τοῦ καιροῦ, ὅταν ὅπερ συμβουλεύωμεν ἤδη καὶ προγεγενημένον δεικνύωμεν, ἀλλὰ τῆς ἐνεστώσης ἡμέρας εἴτουν ἑορτῆς τε καὶ πανηγύρεως. Καὶ τὸ μὲν προοίμιον ἐντεῦθεν ἀνατέτραπται δὲ καὶ ἡ τάξις τε καὶ ἡ φύσις, τῆς τε προτάσεως λέγω καὶ κατασκευῆς· ἡ μὲν γὰρ πρότασις τῇ χώρᾳ μέν ἐστι πρότασις, τῇ δὲ δυνάμει κατασκευή, ἡ δὲ κατασκευὴ τῇ χώρᾳ μὲν κατασκευή, τῇ δὲ δυνάμει πρότασις, ἵν' ᾖ καθαρὸς ὁ λόγος καὶ κατὰ φύσιν τιθέμενος οὕτως. Ἡ ἀρχὴ δεξιά[1]. *Ἀναστάσεως γὰρ ἡμέρα· τοῦ γὰρ εἶναι τὴν ἀρχὴν δεξιὰν κατασκευαστικὸν τὸ Ἀναστάσεως ἡμέραν εἶναι. Ἀρχὴν δὲ ποίαν φησί; Εἴτε τὴν ἐν λόγοις· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τῶν συμβουλευτικῶν καὶ τῶν πανηγυρικῶν καὶ πάντων τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ πατὴρ ἤρξατο· εἴτε καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς προστασίας, καθ' ἥνπερ προσετάχθη τὰ τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας οἰκονομεῖν, ἀξίωσις δὲ τῆς προτάσεως.*

Commentarii desinunt fol. III. Ultimi duo commentarii sunt: *Γινώσκοντες καλῶς τὸν ποιμένα*[2]. *Πῶς τὸν ποιμένα καλῶς γινώσκοντες μὴ ἀπατώμενοι παρὰ τῶν ψευδοδιδασκάλων, καὶ περιπίπτοντες αὐτοῖς ὡς ποιμέσι λῃσταῖς οὖσι καὶ κλέπταις· πῶς δὲ καὶ γινωσκόμενοι, μὴ περιμιγνύντες δηλονότι ἑαυτοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις θρέμμασιν, ἐξ ὧν ἡ ἄγνοια τοῖς ποιμέσι γίνεται, ἢ τὰ ἐπίσημα φέροντες καὶ τοὺς χαρακτῆρας τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος. Τὸ δὲ ἐλευθερίως τὸ φανερῶς φησι καὶ ἐξουσιαστικῶς καὶ ὡς ἐλευθέροις πρέπον. Διὰ τῆς θύρας δὲ τῶν καθολικῶν δογμάτων τῶν ἅπασι τοῖς πιστοῖς ἀναπεπταμένων ἢ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος· Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα.*

Ὧν εἴη πάντας ἡμᾶς[3]. *Ἀκροτελεύτιον δὲ τὴν εὐχὴν ἐπάγει, ὅπερ ὡς τὰ πολλὰ σύνηθες τοῖς ἡμετέροις πατράσιν.*

Prooemium et initium commentarii in or. 45 sunt haec:

L. *Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου ἑρμηνεία τοῦ· Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου.*

Ὅτι μὲν τῶν πανηγυρικωτάτων ὁ λόγος σφόδρα καὶ τοῖς πᾶσιν ἀνωμολογημένον ἐστί. Ποικιλώτατος δὲ τὴν διαίρεσιν· ἐν ἀρχῇ μὲν

---

[1] Or. 1 c. 1 in. Scholion signatur in margine: Α'.

[2] Or. 1 c. 7 P. G. 35, 400 D. Scholion signatur in margine: Λθ'.

[3] Or. 1 c. 7. P. G. 35, 401 A.

γὰρ πανηγυρίζει καὶ ἐξαίρει τὴν ἑορτήν· εἶτα θεολογεῖ, φυσιολογεῖ ἐν τάξει δὲ ταῦτα προδιηγήσεως· εἶθ' οὕτως εἰς τὴν διήγησιν καταβαίνει, καὶ τὰ τοῦ παρόντος καιροῦ διηγούμενος τόδε παλαιῶν ἐξετάζει πάσχα, αὐτό τε τὸ νομικὸν καὶ ἀληθινόν, καὶ πάντα τὸν νοῦν αὐτῶν ἀναπτύσσει. Μετὰ δὲ τοῦτο συμβουλεύει κατὰ τὸ σύνηθες· οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῶν πανηγυρικῶν, ὃ μὴ καὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ μετέχει. Πρὸς τῷ τέλει δὲ καὶ δικάζεται πρὸς ταῦτα, λέγων, τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται [1]. Εἶθ' οὕτως ἀνακεφαλαιοῦται [2], καὶ τὸ Πάσχα προσφωνήσας καὶ ὡς ἐμψύχῳ διαλεξάμενος [3] συμπεραίνει τὸν λόγον. Καίτοι δὲ οὕτω τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ἀναπεπλεγμένος ὁ λόγος πανηγυρικὸς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ τέλους. Οὐ γάρ, εἴ τι καὶ ὡς μέρος περιλαμβάνεται ἑτέρου, τοῦτο καὶ χαρακτηρίζει τὸ εἶδος· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πλείονος ἢ κρείττονος ἢ καὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ ὁ λόγος κρίνεται. Ἔστι δὲ διηγηματικὸν τὸ προοίμιον, ἀπὸ μὲν χρείας ἀρχόμενον, εἰς δὲ τὸ ἑαυτοῦ καταβαῖνον διήγημα. Οὐ μόνον γὰρ τὰ προοίμια ἀπὸ τῶν παραδεδομένων ἡμῖν λαμβάνονται τόπων, ἀλλὰ προσέτι καὶ χρείας καὶ γνώμης, ἔστιν ὅτε καὶ μύθου, ποτὲ μὲν κατὰ τὸ ὅμοιον, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον· κατὰ μὲν τὸ ὅμοιον, ὅταν τὸ αὐτὸ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἀεὶ κυῶμεν, κατὰ δὲ τὸ ἐναντίον, ὅταν τὰ ἐναντία ἐκείνοις, ἀλλὰ χωρητὰ ἤδη καὶ ἐπὶ τὴν κατὰ λέξιν ἐξέτασιν.

Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, φησὶν ὁ θαυμάσιος Ἀμβακούμ [4]. Διασταλτέον οὖν πρῶτα τὰ τῆς φυλακῆς σημαινόμενα· πολλὴ γὰρ ἡ τούτων σημασία καὶ παρὰ πολλοῖς. Φυλακὴ γὰρ καὶ ὁ τόπος, ὃ καὶ παρ' ἡμῖν ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται δεσμωτήριον. Φυλακὴ καὶ οἱ φυλάσσοντες αὐτοὶ στρατιῶται. Φυλακὴ καὶ ἡ ἐκ τούτων ἐνέργεια. Φυλακὴ παρὰ ταῦτα καὶ οἱ πρὸς κατασκοπὴν τῶν πολεμίων ἢ φυλακὴν τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος στρατιῶται νυκτοφύλακες ἢ καὶ (add. m. 2) ἡμεροσκόποι, καὶ κατὰ τὸν προλαβόντα τρόπον ὅ τε τόπος ἐν ᾧ ἵστανται καὶ ἡ ἐνέργεια φυλακή. Φυλακὴ καὶ ἡ ἀποτεταγμένη τούτοις τῶν ὡρῶν ποσότης· καὶ οὐ τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπαγρυπνοῦσι ποιμέσιν ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ φυλάσσουσι. Καθὸ σημαινόμενον καὶ τό· Περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς παρελήφθη καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· οἱ μὲν γὰρ καὶ εἰς τρεῖς αὐτὴν φυλακάς, οἱ δὲ καὶ εἰς δ', καὶ περαιτέρω τούτων προὐχώρησαν, ὡς ἂν

[1] Or. 45 c. 26 in. P. G. 36, 657 C.
[2] Cf. cap. 28 in. P. G. 36, 661 B.
[3] Cf. cap. 30 in. P. G. 36, 664 A.
[4] Cap. 1 in. P. G. 36, 624.

ἕκαστος βούλοιτο καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν τυπώσῃ χρείαν ἢ τὸν καιρόν. Φυλακὴ παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως, καὶ ἡ ἀποχὴ καὶ φειδώ τινος πράγματος, ὥσπερ δὴ καὶ λέγομεν· ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου· καὶ ἡ τινὸς δὲ χρήματος ἢ πράγματος κατοχὴ καὶ ἀσφάλεια ἢ καὶ τήρησις. Ἐπιστητέον δέ, ὡς ἐπὶ μὲν τοῦ τηρεῖν καὶ φυλάσσειν τῶν ἐνεργητικῶν χρώμεθα, ὡς τό· φύλασσε ἀκακίαν καὶ ἴδε εὐθύτητα· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν παθητικῶν μᾶλλον, ὡς τό· καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Ἀλλ' ἡμῖν γε νῦν ὁ λόγος περὶ ἐκείνης τῆς φυλακῆς τοῦ ἀγρύπνου τε καὶ ἐπιτηρητικοῦ· ἐκ ταύτης γὰρ καὶ ὁ Ἀμβακούμ· Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, φησί· εἴτε τῆς θεωρίας διὰ τὸ τὰς ἑαυτοῦ πάσας αἰσθήσεις περιφυλάττειν τῆς ἔξωθεν περιπλανήσεως, εἴτε τῆς ἀγρυπνίας καὶ τῆς ἐπὶ τῇ (add. m. 2) προσευχῇ στάσεως, εἴτε καὶ τῆς τῶν κρειττόνων φαντασίας· ἐπεὶ γοῦν ὡς προφήτης ἐπὶ ταύτης ἐκεῖνος ἔστη τῆς θεωρίας κἀγώ, φησὶ ὁ ἡμέτερος πατὴρ καὶ διδάσκαλος.

VII.

Praestantioribus orationum Gregorii Nazianzeni scholiastis adnumerandus est **Elias**, metropolita Cretae. Fuit igitur Elias metropolita Gortynae, quae urbs a Titi, S. Pauli discipuli, temporibus metropolis et caput Cretae fuerit [1]). Qua aetate Elias ille vixerit, adhuc sub iudice lis est [2]). Iohannes Leunclavius cum a. 1571 „Operum Gregorii Nazianzeni tomos tres" Eliae et Pselli commentariis auctos ederet, praefatione p. 3v haec de Eliae aetate protulit: „Quod si hoc quoque addendum est de Elia, equidem existimo vixisse id temporis hominem, quum Creta per Sarracenos occupata et Byzantinis imperatoribus esset adempta, nimirum annis ab aevo nostro plus minus sexcentis [3]). Scribit enim prooemio commentariis praemisso ab se in exsilio scriptum hoc elaboratum fuisse: quod exsilium sane in hos ipsos annos saevitiae Sarracenicae incidere videtur". De Leunclavii coniectura haec scribit W. Th. Streuber, Handschriften der öffentlichen Bibliothek zu Basel (Serapeum vol. XVII [1856] p. 181 sq.): „Niemand ist wohl besser

---

[1]) Flaminius Cornelius, Creta sacra sive de episcopis utriusque ritus Graeci et Latini in insula Cretae, t. I (Venetiis 1755) p. 125 sqq.

[2]) Videas Alberti Iahnii expositionem in P. G. vol. 36 col. 745 sqq.

[3]) Ergo saec. X ex. — XI in.

im Stande gewesen über den Elias zu urtheilen, als Löwenklau. Man wird ihm daher wohl beistimmen müssen. Die Eroberung Kreta's durch die Saracenen fällt ins J. 823. In diesem Jahre musste das Exil des Elias beginnen und in der nächstfolgenden Zeit sind die Commentare ausgearbeitet worden". Io. Alb. Fabricius-G. Ch. Harles. Bibliotheca Graeca vol. VIII⁴ p. 430 sq. G. Caveum (Scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria a Chr. n. usque ad saec. XIV, ed. Basileensis t. I p. 641) et L. E Dupinum (Nova Bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum t. VI p. 127) secuti putaverunt Eliam commentatorem Gregorii Naz. eundem esse atque Eliam archiepiscopum Cretae [1]), quem concilio Nicaeno a. 787 habito interfuisse constat [2]). Eadem censet Flaminius Cornelius, Creta sacra... t. I p. 202 sq. At ex prooemio commentariorum Eliae conspicuum est Eliam metropolitam Cretensem prorsus diversum fuisse ab Elia illo archiepiscopo Cretae. et longo post eum temporis intervallo vixisse. Dicit enim Elias in prooemio commentariis suis praefixo: *Ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τοὺϲ λόγουϲ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου πονηθεῖϲα τῷ εὐτελεῖ μητροπολίτῃ Κρήτηϲ Ἠλίᾳ ὑπερορίῳ τυγχάνοντι. Προθεωρία. Ἐν πεντηκοϲτῷ δευτέρῳ ἀριθμῷ τῶν τοῦ μεγάλου τούτου περιγραφομένων λόγων· λόγουϲ γὰρ καλῶ καὶ τὰϲ ϲυναριθμηθείϲαϲ τούτοιϲ ἐπιϲτολάϲ· δι᾽ ἃϲ αἰτίαϲ εἴπαμεν ταύταϲ ἐπεξηγούμενοι, οἱ μὲν ἑκκαίδεκα τούτων ἐν περιοχῇ μιᾶϲ ϲυνειλημμένοι βίβλου, πολλῶν ἐξηγητῶν εὐμοιρήκαϲι, καὶ παλαιῶν καὶ νέων, εὖ τεθηγμέναϲ τὰϲ γλώϲϲαϲ ἐχόντων ἐπὶ λόγοιϲ. Οἱ δέ γε λοιποὶ τούτων ὑπ᾽ οὐδενὸϲ τῶν ἐπὶ δυνάμει λόγων ἀκμαϲάντων καὶ τὰ τοῦ πνεύματοϲ ϲυγκρίνειν εἰδότων μετὰ τοῦ πνεύματοϲ μέτριαϲ γοῦν, ὅϲα ἡμᾶϲ εἰδέναι, τετυχήκαϲιν ἀναπτύξεωϲ. Μόνοϲ δέ τιϲ Βαϲίλειοϲ καὶ Γρηγόριοϲ, οἳ καὶ τοῖϲ ἑξκαίδεκα τούτου λόγοιϲ ἐπιβεβλήκαϲι, προεθυμήθηϲαν μὲν ϲχολικάϲ τιναϲ παραϲημειώϲειϲ καὶ εἰϲ τοὺϲ προκειμένουϲ νῦν ἐπὶ θεωρίᾳ λόγουϲ ἡμῖν καταλιπεῖν... Ὧν πολλῷ κατόπιν ἐλθὼν αὐτὸϲ καὶ θαμινώτερον τούτοιϲ προϲομιλῶν, ἐϲφάδαζον μὲν καὶ μαιμῶϲαν εἶχόν μου τὴν καρδίαν τῷ ὕψει*

[1]) P. B. Gams, Series episcoporum Ecclesiae catholicae quotquot innotuerunt a B. Petro Apostolo, Ratisbonae 1873, p. 400 nominat hunc Eliam inter archiepiscopos Gortynae et Candiae. Ibidem p. 955 laudatur Elias episcopus in Lilibaeo a. 649.

[2]) Eandem sententiam profert M. Rh. James, The Western Manuscripts in the library of Trinity College Cambridge, vol. III (Cantabrig. 1902) p. 190.

τούτων ἐπιβαλεῖν, ὤκνουν δὲ ἄλλως καὶ ἀνεδυόμην, μὴ θεμιτὸν μηδ' ἀσφαλὲς εἶναι καθαροῦ μὴ καθαροῖς ἅπτεσθαι διδασκόμενος...[1]). Basilius igitur et Gregorius ex iis Gregorii Naz. scholiastis, qui 16 illas orationes (οἱ ἀναγινωσκόμενοι λόγοι) explanaverant, eas quoque (οἱ μὴ ἀναγινωσκόμενοι λόγοι) commentati sunt, quas nunc Elias sibi illustrandas sumpsit. Certum est Basilium hunc esse eundem atque Basilium illum Minimum, qui Constantino Porphyrogenito priore dimidio saec. X scholia sua dedicaverit [2]). Gregorium autem esse eundem atque Georgium illum Mocenum [3]) puto, qui Basilii Minimi aequalis, ut videtur, nonnullas orationes Gregorii Naz. explanaverit [4]). Γεώργιος enim et Γρηγόριος nomina apud Byzantinos persaepe confusa esse notum est [5]). Quae cum ita sint, Elias aetate illis recentior statuendus sit necesse est. Et C. Oudinus (Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis vol. II col. 1069 sq.) verbis Eliae: ... οἱ μὲν ἑκκαίδεκα (scil. λόγοι)... πολλῶν ἐξηγητῶν εὐμοιρήκασι καὶ παλαιῶν καὶ νέων... nisus cum censeret in priscis commentatoribus Basilium et Gregorium (vel Georgium), in recentibus Nicetam Heracleensem (Serronium), qui circa a. 1080 vixisset [6]) et 16 orationes Gregorii Naz. exposuisset [7]), ab Elia significari, metropolitam Cretae posteriorem Niceta putavit et vix ante a. 1120 collocavit. Quam opinionem repetivit etiam Edvinus Patzig, De Nonnianis in IV orationes Gregorii Naz. commentariis, Lipsiae 1890, p. 22. Hac in quaestione ego Alb. Iahnii sententiam sequor, qui in praefatione editionis excerptorum ex commentariis Eliae ita statuit: „Quum Elias post Constantinum Porphyrogenitum Cretae metropolita exstiterit, necesse est, post Nicephori quoque Phocae tempora vixerit. Qui quum Cretam insulam a. 961 recuperasset, essetque religio Christiana, pro ea militante Nicone monacho, illic restaurata, tum demum sedes metropolitana denuo erigi potuit. Quam quidem Elias illis temporibus tenuisse

---

[1]) P. G. 36 col. 757 sq.

[2]) Cf. supra p. 37 sq.

[3]) Ita censet et Eduardus Norden, Scholia in Gregorii Naz. orationes inedita. Hermes vol. 27 (1892) p. 606.

[4]) Cf. supra p. 61 sq.

[5]) Sigfrid Lindstam, Georgii Lacapeni epistulae X priores cum epimerismis editae, Uppsala 1910, p. XVI.

[6]) Krumbacher, Gesch. d. byzant. Litt.² p. 587.

[7]) Videas velim infra.

censendus est, quum Saraceni, antequam expeditionibus sacris retunderentur, novis viribus aucti, imperii Byzantini fines rursus invaserunt. Ibi tum verisimile est (nam historica eius rei documenta desideramus), Cretam iterum ab illis infestatam, Eliam autem sede pulsum et episcopum in partibus infidelium esse factum. Itaque a vero haud magnopere aberrabimus, si Eliam medio saeculo XI, id est sub initium imperii Comnenorum, vixisse statuerimus" [1]. Quae coniectura etiam eo comprobatur, quod Euthymius Zigabenus (saec. XI ex. — XII in.) [2] omnia sua scholia, quibus nonnullas Gregorii Naz. orationes illustravit [3], ex commentariis Eliae Cretensis sumpsit [4]. Quae cum ita se habeant, nobis sunt certi termini „post quem" (Basilius Minimus saec. X med.) et „ante quem" (Euthymius Zigabenus saec. XI ex.), quibus vita Eliae circumcluditur.

In praefatione commentariis suis praemissa affirmat Elias se non solum sedecim illis orationibus, quae uno libro comprehenduntur, enarrandis operam impendere, sed etiam alias orationes Gregorii contemplaturum esse. Et re vera in unico codice, qui omnes hodie commentarios Eliae continet — codex est Vaticanus Gr. 1219 saec. XIII ex. — exstant commentarii in orationes 27 et epistulas 2, nempe in oratt. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 12, 13, 17, 18, 20, 22, 23, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 36, epistt. 101, 102 [5]. Commentarios Eliae in orationes 19 (i. e. oratt. 3, 6, 9, 10, 12, 13, 17, 20, 22, 23, 26—33, 36) primus Latine edidit ex codice Basileensi Gr. A. N. I. 8 saec. XII ex. — XIII in. Iohannes Leunclavius in Gregorii Naz. editionis vol. I (Basileae 1571) pagg. 2—393. Deinde Iacobus Billius in Gregorii Naz. editione Parisina a. 1583 confecta locupletiore codice Vaticano Gr. 1219 usus item Latine publicavit, sed fragmenta tantum commentariorum Eliae et Nicetae Heracleensis [6]. Postremus Albertus Iahn in appendice editionis Mignianae (P. G. 36 col. 737—932) a. 1858

[1]) P. G. 36 col. 746 sq.

[2]) Cf. A. Ehrhard apud Krumbacherum, Byz. Litt.[2] p. 82 sqq.

[3]) Scholia haec insunt in codice Parisino Gr. 975 A saec. XII scripto.

[4]) Cf. Sajdak in Eos vol. XVII (1911) p. 193.

[5]) Cf. infra p. 108 sq.

[6]) Commentarii hi iterum publicantur in Gregorii Naz. editionibus posterioribus, ex. gr. edit. Paris. 1630 vol. II p. 1—1320; ed. Colon. a. 1690 (= ed. Paris. a. 1612) vol. II p. 2 pagg. 1—1544.

ex codice Basileensi Gr. A. N. I. 8 „quae ei alicuius momenti esse videbantur ad augendam litterarum et sacrarum et profanarum cognitionem, excerpsit Graeceque edidit" [1]).

Quae ratio autem inter Eliam Cretensem et eius in orationibus Gregorii Naz. illustrandis antecessores (imprimis Pseudo-Nonnum, Maximum Confessorem, Basilium Minimum, Georgium) fuerit, proxima Historiae parte explicabo [2]); nunc de libris manu scriptis cum commentariis Eliae disserendum est.

In tribus codicibus Athois 2106 [93 Ἐσφιγμένου] chartac. in 8⁰ num. 6 [3]), 4482 [362 Ἰβήρων] chartac. in 8⁰ num. 2 [4]), 5696 [189 Παντελεήμονος] chartac. ff. 76 (mm. 280 × 195) fol. 21—fin. [5]), scriptis saec. XVIII sunt Eliae Cretensis commentarii in orationes nonnullas Gregorii Nazianzeni ex Latino in Graecum versi a Patmiaco hierodiacono Macario, ut ex inscriptione, quae in tribus illis codicibus eadem est, elucet: *Περικοπαί τινες διερμηνευθεῖσαι ἐκ τῆς Λατινίδος φωνῆς εἰς τὴν Ἑλληνικὴν παρὰ τοῦ σοφωτάτου καθηγητοῦ ἡμῶν Μακαρίου ἱεροδιακόνου Πατμίου ἐκ πολλῶν ἐξηγήσεων τοῦ Ἠλία τοῦ ἀρίστου ἑρμηνέως τῶν ὑψηλῶν καὶ δυσνοήτων λόγων Γρηγορίου Ναζηανζηνοῦ τοῦ θεολόγου.* Cod. Athous 4482

---

[1]) Norden l. l. p. 606.

[2]) Invenies de hac re plurima nunc apud Alb. Iahnium P. G. 36 col. 747 sqq., qui amplissimis verbis doctrinam Eliae extollit. Cf. prooemium Leunclavii in laudata editione vol. I p. 3 sq. Quibus laudibus multum detraxit Aeneas Piccolomini, Scolii alle orazioni di Gregorio Nazianzeno (Annali delle Università Toscane, vol. XVI, 1, Pisae 1879) p. XIX sq.: „Queste lodi sono giuste in sè stesse, chi guardi alla materia dei commenti di Elia; con la riserva però che tutta la erudizione ond' egli fa pompa, è accattata di seconda mano, e che conseguentemente le lodi a lui date si appartengono ai commentatori più antichi, dai quali egli talora copia, più spesso compendia. Quae Piccolominii opinio arridet Edvino Patzig, De Nonnianis... commentariis p. 20 sqq., quem vituperat Albertus Iahn, Anecdota Graeca theologica cum prolegomenis, Lipsiae 1893, p. 101 adnot., quod Eliam tamquam merum compilatorem sugillare conatus est. Thad. Sinko autem (O rękopisach mów św. Grzegorza z Nazyanzu w paryskiej Bibliothèque Nationale. Eos vol. XII [1906] p. 24), qui criticam orationum Gregorii Naz. editionem praeparat, Eliam „doctissimum omnium Gregorii commentatorum" appellavit. Cf. Sajdak in Eos vol. XVII p. 193 sq. et in Extrait du Bulletin de l'Académie des Sciences de Cracovie, Iuillet-Octobre 1912, p. 68.

[3]) *Σπ. Π. Λάμπρος, Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ ἁγίου ὄρους ἑλληνικῶν κωδίκων,* vol. I (Cantabrigiae 1895) p. 181.

[4]) Lampros, Cat. l. vol. II (1900) p. 97.

[5]) Lampros, Cat. l. vol. II p. 316.

continet commentarios in or. 2; cod. Athous 5696 in or. 2, sed fine commentarii sunt mutili; cod. Athous 2106 in oratt. 2, 40, 38. In orationes 40, 38 commentarios non scripserat Elias Cretensis [1]), propterea verisimillimum est commentarios in or. 2, qui in his codicibus leguntur, esse Eliae Cretensis, commentarios autem in orationes 40 et 38 pertinere ad Nicetam Heracleensem, utrosque inventos esse a Macario in editione Parisina ab Iacobo Billio Prunaeo confecta a. 1583 vol. I p. 33—161 (Elias in or. 2), 844—886 (Nicet. Heracl. in or. 40), 805—825 (Nicet. Heracl. in or. 38).

Codex Basileensis Gr. A. N. I. 8 (olim A. [K.?] III. 1) chartac. ff. 369 (mm. 380 × 265) saec. XII exeunte vel ineunte XIII [2]) nitidissime [3]) exaratus [4]) inscribitur in fronte: „Gregorii

---

[1]) Cf. Eliae Cretensis prooemium in P. G. 36, 757 A.

[2]) Iohannes Leunclavius in praefatione editionis suae infra laudatae p. 3 putat codicem longe ante saec. XIII scriptum fuisse. Albertus Iahn in Serapeo (Zeitschrift f. Bibliothekswiss., Handschriftenkunde u. ältere Litteratur) vol. XVII (1856) p. 172 sq. dixit codicem esse membranaceum et saec. IX exaratum. Postea cum fragmenta commentariorum Eliae ederet, sententiam suam mutavit et censuit (P. G. 36, 748 adnot. d.) „codicem non ante saec. XI scriptum fuisse“. Guil. Th. Streuber in Serapeo vol. XVII (1856) p. 183 haec protulit, cum de aetate codicis Basileensis ageret: „Ueber das Alter der Handschrift wagen wir keinen Entscheid. Löwenklau hielt sie für bedeutend älter als die des Choniatas Acuminatus, d. h. also älter als das 13 Jahrhundert. Cursivschrift, Accentuation und Interpunktion weisen andererseits darauf hin, dass die Handschrift nicht vor dem 10 Jahrhundert geschrieben ist. Wenn wir also sagen, sie sei zwischen dem 10 und 13 Jahrhundert geschrieben, werden wir wohl nicht sehr irren“. Quam opinionem secutus Otto Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Literatur, vol. III (Freiburg i. Br. 1912) p. 177 putat codicem saec. X—XI esse exaratum. H. Omont, Catalogue des mss. grecs de bibliothèques de Suisse (Centralblatt f. Bibliothekswesen vol. 3 [1886]) p. 402 censet codicem saec. XIII esse scriptum. De codice confer etiam Fabricium-Harles, Bibl. Gr. vol. VIII⁴, 430 sq., et Gustavum Haenel, Catalogi librorum mss. qui in bibliothecis Galliae, Helvetiae, Belgii, Britanniae M., Hispaniae, Lusitaniae asservantur, Lipsiae 1830, col. 638, et vetustiores libros ibi adnotatos.

[3]) Leunclavius in editione laudata dicit prooem. p. 3: Codex „litterarum quidem elegantia multis modis praestat, cui plane respondet scriptionis integritas. Etenim tanta exaratus est diligentia, nullum ut verbum in eo perperam scriptum reperiatur“.

[4]) Scriptura codicis similis est ei, quae apud Pium Franchi de' Cavalieri et Iohannem Lietzmann, Specimina codd. Graecorum Vaticanorum, Bonnae 1910, tab. 28 conspicitur. Confer etiam specimen ex cod. Coislin 5 saec. XIII (a. 1264) sumptum apud Henricum Omont, Fac-similés des manu-

Sermones Theologi magni. G. 31", et continet Gregorii Nazianzeni orationes 19 cum commentariis Eliae Cretensis, ex quibus excerpta edidit Albertus Iahn in Mignei Patr. Gr. vol. 36 col. 757—902, Latine autem integros fere publici iuris fecit Iohannes Leunclavius in editionis Operum Gregorii Nazianzeni publicatae Basileae a. 1571 (Ex officina Hervagiana) parte prima. Ordo quaternionum signatus est in marginibus inferioribus; post fol. 328 deest quaternio μβ. Codicis folia A—C sunt membranacea. Fol. A^r legitur Gregorii Naz. or. 1 binis columnis manu saec. X scripta. Fol. A^r desinit: — οὐκ ἐξ ἐπιπολῆϲ χαραϲϲομένουϲ, οὐδὲ ῥαδίωϲ ἀπαλειφ || . Or. 1 c. 6. P. G. 35, 400 C. Fol. A^v, B^v, C^r et alibi in codice foliis membranaceis, quorum nonnulla sunt iam abscisa, exstant picturae pulcherrimae veri artificis manu variis coloribus factae, quibus imagines Gregorii Nazianzeni, patris eius Gregorii, Basilii Magni, Eliae Cretensis (fol. A^v, C^r), monachorum, haereticorum, plebis exprimuntur. Fol. B^r est prooemium Eliae Cretensis (P. G. 36, 757—759 A). Fol. 1—369 leguntur orationes cum commentariis — textus orationum et lemmata omnia scripta sunt rubro, commentarii nigro — dispositae hoc modo:

Fol. 1—12^v. Gregorii Nazianzeni or. 27. Commentariorum excerpta in P. G. 36, 759—766, 897—898. Versio Latina et orationum et commentariorum ex hoc codice exstat in laudatae editionis Iohannis Leunclavii parte I p. 2—16.

Fol. 13—62^v. Or. 28. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 766—796, 898—900. Ed. Leuncl. I p. 16—78.

Fol. 62^v—78. Or. 20. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 796—803. Ed. Leuncl. I p. 78—97.

Fol. 78—119^v (Ordo foliorum mutatus est; folia collocanda sunt hoc ordine: 78—80 + [90—96] + [81—89] + [97—119]). Or. 29. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 803—815, 900. Ed. Leuncl. I p. 97—139.

Fol. 119^v—148. Or. 30. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 815—823, 900. Ed. Leuncl. I p. 139—170.

---

scrits grecs datés de la Bibliothèque nationale du IXe au XIVe siècles, Paris 1891, tab. 57. Ductus vel lineae singularum litterarum productae sunt in marginés, ut in tabula 36 supra laudati libri Pii Franchi de' Cav. et Iohannis Lietzmann conspicuum est.

Fol. 148—186. Or. 31. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 823—847, 900—901. Ed. Leuncl. I p. 170—209.

Fol. 186—223. Or. 32. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 847—864, 901—902. Ed. Leuncl. I p. 209—249.

Fol. 223—250^{v}. Or. 6. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 864—873, 902. Ed. Leuncl. I p. 249—280.

Fol. 250^{v}—267^{v}. Or. 23. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 873—877, 902. Ed. Leuncl. I p. 280—296.

Fol. 267^{v}—285. Or. 22. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 877—880, 902. Ed. Leuncl. I p. 296—313.

Fol. 285—304. Or. 33. Excerpta ex comment. in P. G. 36, 880—883, 902. Ed. Leuncl. I p. 314—332.

Fol. 304—323 (Folia ponenda sunt hoc ordine: 304—322 + 326 + [324—325] + 323). Or. 26. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 883—890. Ed. Leuncl. I p. 341—361.

Fol. 323—335^{v} (Folia locanda sunt hoc ordine: 323 + [327—328. Desunt hic folia octo[1]). Fol. 328^{v} desinit: — *τὴν γὰρ cιωπὴν*

[1]) Io. Leunclavius in editionis laudatae parte I p. 336 adnotat: „Deerant hoc loco in Eliano codice octo folia. Ceterum in alio quodam habemus scholia de Elianis ad verbum excerpta manuque recentiori passim ad libri margines adiecta, scriptura sane lectu perquam difficili. Hinc nos sequentes annotatiunculas collegimus et interpretati sumus, quas ex perpetuis (ut diximus) Eliae commentariis excerptas inde animadverti, quia de prima huius orationis enarrationum parte, itemque de fine, quem temporis iniuria nobis reliquit, plane consimilia quaedam passim ab eodem, quisquis tandem fuerit, notata cernuntur, quae ad verbum Elianis respondent...". Profert igitur Leunclavius p. 336—339 scholia marginalia ex codice quodam, quae utpote „Scholia de commentariis Elianis excerpta" lacunam codicis Basileensis explere debeant. Erravit tamen vir doctissimus et alios in errorem duxit (cf. ex. gr. P. G. 36, 271 adnot. 78); nam scholia, quae protulit, sunt Basilii Minimi, quae in cod. Paris. Gr. 573 fol. 196—197^{v} eodem ordine leguntur. Quo codice usus sit Leunclavius, dicere non possum; in bibliotheca Basileensi non invenitur hodie codex cum scholiis Basilii. Cf. I. Sajdak, Rękopisy dzieł św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach szwajcarskich. Eos vol. XVII (1911) p. 193 sqq. I. Dräseke, Über die Hss. des Gregor von Nazianz in den Bibliotheken der Schweiz. Wochenschr. f. klass. Philol. vol. XXIX (1912) col. 860 sqq.

Proponuntur exempla, quibus et opinio mea comprobetur, et demonstretur Leunclavii modus interpretandi.

Edit. Leunclav. I p. 336 scholion a. Expertes societatis ac solitarii.	Cod. Paris. Gr. 573 fol. 196. *Καὶ οἷον ἄκοινον ἐν τῷ κοινῷ.* Or. 36 c. 3. P. G. 36, 268 C.
Hoc vere est societati publicae stu-	*Τοῦτο δέ ἐcτι κοινωνικόν τινα εἶναι*

συγκατάθεσιν εἶναι φασιν ὡς αὐτοῦ ποιοῦντος τὸν λόγον, λοιπὸν ἀκούσατε φησὶ ||. Sunt commentarii in partem or. 36 c. 3. P. G. 36, 268 C. Fol. 329 incipit: || *ὁ λόγος· γινώσκετε ὅσον τὸ πιστευθὲν ὑμῖν, καὶ τί τὸ μέγα περὶ ὑμᾶς μυστήριον*... Est Greg. or. 36 c. 11. P. G. 36, 277 C] + 329 + 335). Or. 36. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 890—891. Ed. Leuncl. I p. 333—336, 340—341.

Fol. 335ᵛ—336ᵛ (Folia locanda sunt hoc ordine: 335 + [331—334] + 330 + 336). Or. 3. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 891—892. Ed. Leuncl. I p. 361—366.

Fol. 336ᵛ—342ᵛ. Or. 9. Excerpta ex commentariis in P. G 36, 892. Ed. Leuncl. I p. 366—370.

Fol. 342ᵛ—347ᵛ. Or. 13. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 892—893. Ed. Leuncl. I p. 370—374.

Fol. 347ᵛ—353. Or. 12. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 893—894. Ed. Leuncl. I p. 374—378.

---

dere ac humanum esse eum, qui ceteroqui solitarius sit et philosophiae deditus, quemadmodum et Psalmorum auctor ait: Solitarius sum ego. Vides haec dici ab homine, qui tametsi regnaret, ac tractaret negocia publica, nihilominus contemplationi deditus erat, et otio vitae quietae fruebatur.

Edit. Leunclav. I p. 337 scholion g. Hieroboamum concitavit.

Hoc de Maximo Cynico philosopho dicitur, qui adversus Gregorium consurrexit, impulsus a Diabolo. Volebat enim is linguae Gregorii vinculum inicere, atque impedire quo minus libere doctrinam veritatis traderet. Servum peccati vocat, hoc est, iniquitatis vel ipsius Diaboli, qui pater est et auctor peccati, adeoque peccatum ipsum. Nimirum ut olim Ieroboamus, cum servus esset Roboami Iudaeorum regis, defectionem molitus et adversus herum suum perduellis factus est: sic et Maximus Theologo nostro subiectus defecit, et invidens ipsi pontificatus honorem, adversus eum insurrexit. Cf. P. G. 36, 271 adnot. 78.

καὶ φιλάνθρωπον, μοναδικόν τινα ὄντα καὶ φιλόσοφον· καταμόνας γάρ, φησὶ ὁ ψαλμῳδός, εἰμὶ ἐγώ· ὁρᾷς βασιλεύοντος ἀνδρὸς καὶ κοινοπραγοῦντος ταῦτα, καὶ θεωρητικῶς καὶ ἡσυχίως ζῶντος.

Ibid. fol. 197. *Οὗτος καὶ ἡμῖν τὸν Ἱεροβοάμ.* Or. 36 c. 5. P. G. 36, 272 B.

Μάξιμον τὸν κυνικὸν λέγει ἐπαναστῆσαι τούτῳ τὸν διάβολον, καὶ τῇ γλώσσῃ δεσμὸν ἐπιτεθεικέναι, μὴ ἐῶντα παῤῥησιάζεσθαι τοῦτον ἐν τῷ τῆς ὀρθοδοξίας κηρύγματι· δοῦλον δὲ τῆς ἁμαρτίας ἤτοι τῆς παρανομίας, ἢ αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, τοῦ πατρὸς καὶ γεννήτορος τῆς ἁμαρτίας· αὐτόχρημα γὰρ αὐτός ἐστιν ἁμαρτία.

Fol. 353—365ᵛ. Or. 17. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 894—897. Ed. Leuncl. I p. 378—389.

Fol. 366—369ᵛ. Or. 10. Excerpta ex commentariis in P. G. 36, 897—898. Ed. Leuncl. I p. 390—393.

Codex fol. 1—359 conscriptus est manu eadem; temporis tamen invidia et orationum et commentariorum textus multa perpessus est a correctoribus [1]), quorum unus in margine fol. 201 se nominavit: „*Διανέγνων ἐγὼ Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος ἐν Τυβίγγῃ* [2]) *ὅλον τὸ τεῦχος τόδε, ἀπὸ τῆς ιδ ἰουνίου, ἕως τῆς ζ αὐγούστου, ἔτους Χῦ αφοθ, πάνυ παλαιὸν ὄν· χρησθέν μοι ὑπὸ τῶν κλεινοτάτων θεολόγων τῆς Βασιλείας πόλεως, Οὐλδρίχου Κοκκίου καὶ ἰῶ Ἰακώβου Γρυναίου* [3]), *οὓς ἐπὶ πολὺ ὁ Χς φυλάξειεν*". Quod ad historiam codicis pertinet Ioh. Leunclavius in prooemio editionis supra laudatae adnotavit p. 3: „Codicis utendi potestas a Basiliensis Academiae doctoribus, viris et eruditione summa et humanitate eximia praestantibus, quorum exstat in bibliotheca publica, benigne mihi facta est. Constat ante annos CL tempore concilii Basiliensis huc allatum esse, ac deinceps magna veneratione adservatum". Ex adnotatione hac elu-

---

[1]) Albertus Iahn in Patr. Gr. vol. 36, 748 adnot. haec profert: „Caeterum varium in codice emendationum genus. Et in Gregorii quidem contextus verbis minio scriptis manus prima nonnulla, manus recentior atramento multa correxit. Idem in Commentariis factum, qui partim a prima manu, partim a secunda et recentiore multas emendationes habent, eaeque, ut in contextu, in lineis ipsis, vel supra lineas vel denique in margine sunt scriptae".

[2]) Martinus Crusius Academiae Tubingensis secundo dimidio saec. XVI „utriusque linguae professor", cuius codices Graeci hodie in Bibliotheca Universitatis Tubingensis asservantur (cf. Wilh. Schmid, Verzeichnis der griech. Hss. der k. Universitätsbibliothek zu Tübingen, Tübingen 1902, p. 1 sq.), consueverat in codicibus, ex quibus descripsit (cf. codd. Basil. A. N. III. 13 fol. 268ᵛ; A. N. IV. 1 fol. 246; A. III. 16 p. 246; F. VIII. 4 [Greg. Naz. carm. Cf. infra] fol. 293ᵛ. Cf. H. Omont l. l. p. 389. 390. 398. 403) et in apographis suis (cf. W. Schmid l. l. passim) adnotare, quando, quamdiu, quam ob rem id fecisset. Praesertim ex codicibus Basileensibus multa descripsit M. Crusius. Cf. Schmid l. l. p. 19. 20. 38. 64. 65. 67. 81.

[3]) In cod. Tubing. Mb 10 (X. X. 4) ex parte manu M. Crusii scripto legitur p. 328 nota: „Incepi 26 Octob. 1578 *Μαρτινοκρούσιος* ex libro manuscripto bibliothecae Basil. per D. D. Ioan. Iac. Grynaeum commodato, 4-ae formae, chartaceo, carmina etiam Nazianzeni habente. Eum cum aliis Cardinalis Ragusinus Ioan. in concilio Basil. reliquerat". Cf. W. Schmid l. l. p. 19. Codices Basileenses cum carminibus Gregorii Nazianzeni (A. VII. 1 saec. XIV et F. VIII. 4 saec. XIV—XV) descripsit Sajdak in Eos XVII (1911) p. 194 sq.

cet codicem a. 1571 fuisse in Bibliotheca publica Basileensi, et inter viros doctos opinionem tunc fuisse eundem temporibus concilii Basileensis allatum esse. Quis autem et unde codicem hunc attulit Basileam? Quod hanc rem attinet, rectam, ut mihi videtur, opinionem tulit Guil. Th. Streuber, Handschriften der öffentlichen Bibliothek zu Basel, Serapeum vol. XVII (1856) p. 182: „Auf der Aussenseite des Deckels liesst man: Gregorii Sermones Theologi magni, auf der Innenseite: Ex libris Bibliothecae Academiae Basiliensis. Dies beweist, dass der Codex von Alters her sich in der Universitätsbibliothek und nicht in der Dominikanerbibliothek befand. Er kann aber nichtsdestoweniger durch Ragusio aus Constantinopel mitgebracht worden sein, da es schon im 16 Jahrhundert, wie Löwenklau angibt, eine Tradition war, er sei zur Zeit des Concils nach Basel gekommen". Iohannes Stojkovič de Ragusa, Iohannes de Ragusio nominatus, unus ex praestantissimis viris in concilio Basileensi, a. 1433 mense Octobri cum legatis Constantinopolim profectus est, ut Ecclesiam Graecam Romae conciliaret. Non defuit igitur viro illi occasio acquirendi codices; in petitionis libello, quem legatio Ioanni Palaeologo et Iosepho Patriarchae Constantinopolis obtulit, erat scriptum aperte: „Date operam perquirendi libros auctorum grecorum antiquorum et quos errores occidentalium modernorum confutare possint". Itaque perscrutatus est Constantinopolitanas et Orientis bibliothecas diligentissime legatus ille, et Helvetiam cum multis codicibus reversus brevi ante mortem († 1443) thesauros suos bibliothecae monasterii Dominicanorum Basileae dedicavit, quae a. 1592 Bibliothecae publicae Basileensi adiuncta est [1]). Verisimile est igitur Ioannem de Ragusio etiam codicem cum Eliae commentariis Constantinopoli [2]) secum portavisse, Dominicanorum bibliothecae dono dedisse, hinc vero codicem in Bibliothecam publicam Basileensem ante a. 1571 translatum esse [3]).

Cantabrigiensis Collegii Trinitatis n. 1180 [G. 15. N. 300] chartac. ff. 219 saec. XVI. Continentur codice commentarii Eliae Cretensis in or. 2 Gregorii Naz., qui inscribun-

---

[1]) De Ioanne de Ragusio protulit plura Guil. Th. Streuber l. l. p. 130 sq.

[2]) Codicem Constantinopoli vel in Oriente scriptum et pictum esse comprobatur forma et arte picturarum, de quibus fusius disseram alio loco.

[3]) Confer supra p. 104 allatas adnotationes Martini Crusii.

tur: *Ἐξήγησις τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Κρήτης κυροῦ Ἡλιου εἰς τοὺς μὴ ἀναγινωσκομένους λόγους τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θεολόγου.* Prooemium Eliae incipit: *Ἐν πεντηκοστῷ δευτέρῳ ἀριθμῷ τῶν τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν τοῦ τῆς θεολογίας φερωνύμου περιγραφομένων λόγων...* Postea leguntur commentarii in orationem 2. (Codex descriptus est ex codiceVaticano Gr. 1219. Fol. 219ᵛ desinit: ...*οἱ γὰρ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ σιὼν ἀπο* ‖ [1]). Videas codicem Vatican. Gr. 1219 infra p. 108.

Mediolanensis [Bibl. nazion. di Brera] AD. XV. 5 chartac. ff. 352 (mm. 326 × 220) saec. XV scriptus est. Fol. b est scriptum: „Gregorii Nazianzeni opera"... etc. Codex continet praeter alia (fol. 155—fin. sunt carmina Gregorii Nazianzeni, quorum nonnullis adiuncta est paraphrasis Nicetae Davidis, et historiae in oratt. XV, XXIV, XLIII, XXXIX, IV, V [2]) et orationes Gregorii Nazianzeni cum commentariis aut tantummodo cum prooemiis Eliae Cretensis [3]).

Fol. 1—78ᵛ. L. *Γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγοι μετὰ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἠλίου κρητοῦ. Ἐξήγησις εἰς τὸν περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας λόγον.* Greg. Naz. or. 32 cum commentariis Eliae.

Fol. 78ᵛ—131. L. *Εἰς εἴρωνα τὸν φιλόσοφον ἀλεξανδρέα ἐξορισθέντα διὰ τὴν πίστιν καὶ ἐπανελθόντα μετὰ τριετῆ χρόνον: Λόγος ἐγκωμιαστικός.* Subscriptio fol. 131: *Τέλος τῆς ὑπομνήσεως τοῦ εἰς τὸν ἥρωνα τὸν φιλόσοφον, ἢ μάξιμον ὡς ἀξιοῖ ὁ θεῖος ἱερώνυμος.* Greg. Naz. or. 25 cum commentariis Eliae.

Fol. 131ᵛ—140. Greg. Naz. or. 13 cum commentariis Eliae.
„ 140ᵛ—142. „ „ „ 12. Oratio haec et quae sequuntur, illustratae sunt tantummodo prooemiis Eliae Cretensis.
Fol. 143—147ᵛ. Greg. Naz. or. 17.
„ 148—154. „ „ „ 33.

Oxoniensis Collegii Lincolniensis Gr. 1 chartac. ff. 374 saec. XIV. In fine codicis fol. 366ᵛ—374 exstant fragmenta epi-

---

[1]) M. Rh. James, The Western Manuscripts in the library of Trinity College Cambridge, vol. III (Cantabrigiae 1902) p. 189 sq.

[2]) E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche Italiane, vol. I p. I (Milano 1893) p. 12 sq. Cf. supra p. 14 sq.

[3]) Martini l. l. p. 10 sq.

stularum 101 et 102 instructa Eliae Cretensis commentariis, qui incipiunt: *Πολλῶν ὄντων τῶν Ἀπολιναρίου...*[1]).

Vaticanus Gr. 1218 chartac. ff. 167 (mm. 330 × 225) scriptus est a. 1559 [2]). Fol. 1 in marg. inferiore est insigne Carafae Card. (* 1538 † 1591) cum scripto: „Antonii Card. Carafae Bibliothecarii munus ex Testamento". In marg. superiore est nota: „No. XXXIII". Codex scriptus est satis mendose et continet orationes Gregorii Nazianzeni, tres primas cum commentariis, alias cum prooemio Eliae Cretensis [3]).

Fol. 1—86ᵛ. L. *Γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγοι μετὰ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἡλιοῦ κρϊτοῦ: — Ἐξήγησις εἰς τὸν περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας λόγον.* Greg. Naz. or. 32 cum commentariis Eliae.

Fol. 87—141ᵛ. L. *Εἰς Εἴρωνα λόγος ἐγκωμιαστικός:* — Subscriptio fol. 141ᵛ: *Τέλος τῆς ὑπομνήσεως τοῦ εἰς τὸν ἥρωνα τὸν φιλόσοφον, ἢ μάξιμον ὡς ἀξιοῖ ὁ θεῖος ἱερώνυμος.* Greg. Naz. or. 25 cum commentariis Eliae.

Fol. 142—151. Greg. Naz. or. 13 cum commentariis Eliae.

Fol. 151—153ᵛ. Greg. Naz. or. 12. Oratio haec et sequentes illustratae sunt tantummodo prooemiis Eliae Cretensis.

Fol. 153ᵛ—159. Greg. Naz. or. 17.

Fol. 159—167. Greg. Naz. or. 33.

Fol. 167 est subscriptio exarata eadem manu: *Τέλος εἴληφε τὸ παρὸν βιβλίον, διὰ χειρὸς ἐμοῦ ἰωάννου μαυρωμάτου τοῦ ἐκ κερκῆρος κατὰ μῆναν αὔγουστον αφνθ δικτιόνος κ̄. ἐγράφθη ἧς ῥώμην:* —

Unicus codex, qui omnes Eliae Cretensis commentarios in orationes Gregorii Nazianzeni continet, est cod. Vaticanus Gr. 1219 chartac. ff. 626 (mm. 425 × 310), scriptus saec. XIII exeunte, in duo volumina compactus (I = fol. 1—311; II = fol. 312—626). Pagina continet versus 35—36. Fol. 1ᵛ est insigne cum subscriptione: „Antonii Carafae Cardinalis". Fol. 1 a legitur scriptum: „Alyę Cretensis commentatio in orationes Greg. Nazianzeni". Infra fol. 1 a et fol. 1 aᵛ legitur index orationum cum inscriptione: *Πίναξ ἀκριβὴς τῆς παρούσης πυκτίδος τῶν [μ]ὴ ἀναγινωσκομένων λόγων τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τῶν καὶ ἐξηγη-*

---

[1]) H. O. Coxe, Catalogus codd. mss., qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, pars II (Oxonii 1852): Codd. Coll. Lincoln. p. 4.

[2]) Cf. subscriptionem fol. 167 infra allatam, et Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 178.

[3]) Videas cod. Mediolan. AD. XV. 5 supra p. 106.

θέντων παρὰ τοῦ σοφ|| |||| καὶ ἱερωτάτου μ̅ρ̅οπολιτου κρήτης κῦροῦ [ἠ]λια ἄριστα τε καὶ τελεώτατα. Postea leguntur inscriptiones et initia orationum. Fol. 2 est prooemium Eliae Cretensis (P. G. 36. 757—759 A), ubi lemma scriptum est nigro: *Ἐξήγησις τοῦ ἱερωτάτου μητροπολιτου κρήτης κυροῦ ἠλιοῦ εἰς τοὺς μὴ ἀναγινωσκομένους λόγους τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θεολόγου.* Inc. *Ἐν πεντηκοστῷ δευτέρῳ ἀριθμῷ τῶν τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ τῆς θεολογίας φερωνύμου περιγραφομένων λόγων...* Des.: *— οὕτως ἀποδέχεσθαι τὰ εἰρημένα.* Cf. P. G. 36, 757—759 A. Postea leguntur orationes Gregorii cum commentariis Eliae; orationis textus scriptus semper rubro, commentarii nigro (ut in cod. Basileensi).

Fol. 2 [1])—103ᵛ. L. *Ἀπολογητικὸς τῆς εἰς τὸν Πόντον αὐτοῦ φυγῆς καὶ αὖθις ἐπανόδου ἐκεῖθεν διὰ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν ἐν ᾧ και τι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐπάγγελμα καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον* [2]). Greg. Naz. or. 2. Latine exstant commentarii in Operum Gregorii Nazianzeni editione Billiana a. 1583 vol. I p. 33—161. Commentarii in or. 2 sunt fine mutili. Fol. 103ᵛ desinit: — *ἐπὶ δὲ τοῦ Δαυὶδ τοῦτο λέγοντος ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί· οἱ γὰρ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ σιὼν ἀπο* ||. Sunt commentarii in ultima verba or. 2. P. G. 35, 513 C.

Fol. 104—168ᵛ est or. 4 cum commentariis (Edit. Billiana I p. 167—266) [3]). Oratio et commentarii initio carent [3]). Fol. 104 incipit: || *διαπορευομένοις ὡς ψάλλει Δαυὶδ καὶ τοιαύτας ἔχουσα τὰς ἐπικαρπίας, ὡς ὁμοῦ τῷ φανῆναι μαραίνεσθαι, ὡς ὁ ἄρτι φυόμενος χόρτος καὶ ταχὺ πάλιν ἀποξηραινόμενος...* Sunt commentarii in or. 4 c. 4. Desunt igitur post fol. 103 unum vel duo folia cum commentariis in or. 2 c. 117 fin., et or. 4 c. 1—4 in.

Fol. 168ᵛ—191ᵛ. L. *Ἐξήγησις εἰς τὸν δεύτερον κατὰ Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικὸν λόγον* [4]). Greg. Naz. or. 5. Edit. Billiana I p. 280—318.

Fol. 191ᵛ—209ᵛ. Greg. Naz. or. 7. Edit. Billiana I p. 364—393.
„ 209ᵛ—223ᵛ. „ „ „ 8. „ „ „ „ 393—417.

---

[1]) Fol. 2 in marg. infer. conspicuum est insigne Caraffae Card. cum scripto: „Antonii Card. Carafę Bibliothecarii Munus ex Testamento".

[2]) Inscriptiones adnoto tantummodo eas, quae aliquid novi ad aestimandas orationes proferunt.

[3]) Cf. infra p. 110.

[4]) Codex continet integras orationes, sed scriptus est commentariorum causa, ut ex inscriptionibus elucet.

Fol. 223^{v}—255. Greg. Naz. or. 18. Edit. Billiana I p. 496—545.

„ 255—268^{v}. L. *Πρὸc Κληδόνιον πρεcβύτερον ἐπιcτολὴ πρώτη*. Greg. Naz. epist. 101. Edit. Billiana I p. 1007—1027.

Fol. 268^{v}—274. L. *Πρὸc Κληδόνιον πρεcβύτερον ἐπιcτολὴ δευτέρα*. Greg. Naz. epist. 102. Edit. Billiana I p. 1027—1036.

Fol. 274^{v}—296. L. *Εἰc Ἥρωνα τὸν φιλόcοφον Ἀλεξανδρέα ἐξοριcθέντα διὰ τὴν πίcτιν· καὶ ἐπανελθόντα μετὰ τριετῆ χρόνον*. Greg. Naz. or. 25. Edit. Billiana I p. 611—645.

Fol. 296—308^{v}. Greg. Naz. or. 34. Edit. Billiana I p. 645—662.

„ 308^{v}—319^{v}. „ „ „ 27. Volumen primum (fol. 311^{v}) desinit: — *ὅτι οὐ τὸ περὶ θεοῦ ὡc ἔτυχε φιλοcοφεῖν κωλύει· ἀλλὰ τὸ μνημονεύειν ἁπλῶc θεοῦ, οὐ τοῦτο λέγω, φηcί, τὸ μὴ δεῖν* ||. Volumen secundum (fol. 312) incipit: || *πάντοτε μνημονεύειν θεοῦ· ὡc γὰρ οὐκ ἔcτιν ἄνευ τοῦ ἀναπνεῖν ζῆν*... Sunt commentarii in or. 27 c. 4 in., quibus n i h i l deest.

Fol. 319^{v}—366^{v}. Greg. Naz. or. 28.

„ 366^{v}—381. L. *Περὶ δόγματοc καὶ καταcτάcεωc ἐπιcκόπων· cχεδιαcθεὶc ἐν Κωνcταντινουπόλει*. Greg. Naz. or. 20.

Fol. 381—416^{v}. Greg. Naz. or. 29.
„ 416^{v}—439. „ „ „ 30.
„ 439—471. „ „ „ 31.
„ 471—502^{v}. „ „ „ 32.
„ 502^{v}—526^{v}. „ „ „ 6.
„ 526^{v}—539^{v}. „ „ „ 23.
„ 539^{v}—554^{v}. „ „ „ 22.
„ 554^{v}—571^{v}. „ „ „ 33.
„ 571^{v}—589. „ „ „ 26.
„ 589—598^{v}. „ „ „ 36.
„ 598^{v}—602. „ „ „ 3.
„ 602—606^{v}. „ „ „ 3.
„ 606^{v}—609^{v}. „ „ „ 13. Fol. 606 pars inferior, fol. 606^{v} pars superior, aeque ac fol. 607 pars inferior et fol. 607^{v} pars superior conscriptae sunt manu a l i a, sed eiusdem aetatis.

Fol. 609^{v}—613^{v}. Greg. Naz. or. 12. Fol. 610 in ima parte 4 versus exarati sunt a l i a manu, ut supra.

Fol. 613^{v}—623. Greg. Naz. or. 17.

„ 623—626^{v}. L. *Ἀπολογητικὸc εἰc τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὸν μέγαν Βαcίλειον ἡνίκα ἐπίcκοποc Cαcίμων ἐχειροτονήθη*. Greg. Naz. or. 10. Infra legitur subscriptio profecta ab eadem manu: *Ὅcτιc*

ἂν ἀφέρηται τὸ παρὸν βιβλίον τὸν θεολώγον· ἀπὸ τοῦ τόπου ἔνθα κεῖται τὸ ταπεινὸν cῶμα ἐμοῦ θεοδοcίου τοῦ πρίγκιποc· ἔcτω ἀφοριcμῷ ἀλύτω καθυποβεβλημένοc· ἀπὸ πρc υἱοῦ καὶ ἁγίου πνc· καὶ ἡ μέριc αὐτοῦ μετὰ ἰούδα τοῦ προδότου: —

Ex hoc codice Vaticano commentarii Eliae in eas orationes Gregorii, quae desunt in codice Basileensi A. N. I. 8, i. e. in orationes 2. 4. 5. 7. 18 epist. 101. 102 oratt. 25. 34, primum publicati sunt Latine in Billiana editione Parisina operum Gregorii Nazianzeni a. 1583 confecta. Unde sumpti essent commentarii Eliae, in praefationibus et monitis non aperuerunt editionis auctores — Iac. Billius mortuus est a. 1581 —, sed fontem eorum fuisse codicem Vaticanum Gr. 1219 elucet ex prooemio in or. 3 (= 4 M) vol. I p. 166: „Sed missis istius mendaciis atque ineptiis ad has duas Invectivas redeamus, quas ego tibi gratiores fore non dubito, quod erudito Cretensis Eliae commentario explanatae, nunc primum prodeant... Quoniam autem hic commentarius *ἀκέφαλος* erat [1]), hanc lacunam utcumque implere studuimus, eam partem, quae Eliana interpretatione carebat, in commentarii modum explicando...".

Minoris momenti apographon cod. Vaticani Gr. 1219 est in codice Bibliothecae Comunalis Brixiensis (Brescia) signato E. III. 5 chartac. ff. 348 (mm. 278 × 200) scripto manu Card. Querini(?) saec. XVIII [2]). Fol. 8—18ᵛ continet codex indicem orationum Gregorii Nazianzeni, quae leguntur iu cod. Vatic. Gr. 1219, et excerptum ex commentariis Eliae Cretensis inscriptum: *Ἐξήγηcιc τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Κρήτηc κυροῦ Ἡλιοῦ εἰc τοὺc μὴ ἀναγινωcκομένουc λόγουc τοῦ ἐν ἁγίοιc πατρὸc ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπιcκόπου Κωνcταντίνου πόλεωc τοῦ θεολόγου* [3]).

Matritensis Gr. 4847 [olim O. 96. Bibl. nacional] membran. ff. 305 in 4⁰ saec. XII [3]) est exaratus. In codice, qui initio et fine mutilus est, exhibentur Gregorii Nazianzeni orationes cum scholiis Nicetae Heracleensis [4]).

Codex in Meteoris n. 559 [*Τῆς Μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ τοῦ κατ' ἐξοχὴν Μετεώρου*] membran. ff. 191 (mm. 275 × 195) saec. XIII scriptus est. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 8 cum commentario Nicetae Heracleensis [5]).

Fol. 1— 12.	Or. 1.	Fol. 127—145.	Or. 15.
„ 12— 81.	„ 45.	„ 145—161.	„ 19.
„ 81—100.	„ 44.	„ 161—171.	„ 24.
„ 100—127.	„ 41.	„ 171—192.	„ 16.

Mitylenensis 30 [*Τοῦ Γυμνασίου*] chartac. ff. 318 (mm. 205 × 150) saec. XVIII continet fol. 121—185 or. 45 Gregorii Nazianzeni cum expositione Nicetae Heracleensis (L. *Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαβὶδ ἑρμηνεία εἰς τὸν β' λόγον τὸν εἰς τὸ ἅγιον πάσχα...*) [6]).

Mitylenensis 32 [*Τοῦ Γυμνασίου*] chartac. ff. 198 (mm. 205 × 150) saec. XVIII habet fol. 155—161 Gregorii Nazianzeni or. 43 cum commentario Nicetae Heracleensis fine mutilo [7]).

Monacensis Gr. 121 chartac. ff. 552 (mm. 325 × 235) saec. XVI scriptus est et continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum scholiis Nicetae Heracleensis, quae fol. 1 inscribuntur: *Τοῦ*

---

[1]) Miller, Catal. l. p. 67.

[2]) Cf. Witkowski l. l. p. 48 adnott. 1, 2.

[3]) Miller, Catal. l. p. 109. — In catalogo manuscripto codicum Matrit. codex in saec. XIV detractus est. Cf. Witkowski l. l. p. 47 adnot. 3.

[4]) Witkowski ibid.

[5]) Notitiam codicis debeo humanissimo dri *N. 'Α. Βέης*, qui catalogum codicum monasterii Meteororum praeparat. Cf. I. Dräseke, Die neuen Handschriftenfunde in den Meteora-Klöstern. Neue Jahrbücher f. d. klass. Altertum etc. vol. 29 (1912) p. 551 sq.

[6]) A. Papadopulos-Kerameus, *Μαυρογορδάτειος βιβλιοθήκη*... vol. I fasc. 2 (*Κατάλογος τῶν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τοῦ Γυμνασίου Μιτυλήνης ἀποκειμένων χειρογράφων*), *ἐν Κωνσταντινουπόλει* 1884, p. 142.

[7]) Ibid. p. 143.

ἱεροτάτου κυρίου Νικητᾶ μητροπολίτου Ἡρακλείας ἑρμηνεία εἰς τὸν θεολόγον... Rubro [1]).

Fol. 1 —11^{v}. Or. 1. Fol. 12 —87^{v}. Or. 45.

Fol. 88 —208^{v}. Or. 44. Folia signata sunt 101. 202. 203..., sed scholia integra sunt.

Fol.	209 —244.	Or. 41.	Fol.	382^{v}—420^{v}.	Or. 40.
„	244^{v}—262^{v}.	„ 15.	„	421 —426.	„ 11.
„	263 —276^{v}.	„ 24.	„	426^{v}—448.	„ 21.
„	276^{v}—291.	„ 19.	„	448^{v}—472^{v}.	„ 42.
„	291^{v}—313.	„ 38.	„	473 —495.	„ 14.
„	313 —361^{v}.	„ 43.	„	495^{v}—512.	„ 16.
„	362 —382.	„ 39.			

Monacensis Gr. 140 chartac. ff. 331 + 14 (mm. 285 × 215) saec. XIV. Ultima 14 folia sunt vacua scriptura. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis commentario [2]).

Fol. 1—8^{v}. Or. 1. Commentarius initio (fol. 1) abbreviatus est; sed iam a verbis *Κατασκευάζει ἐνταῦθα...* (P. G. 36, 945 B) sunt integra scholia Nicetae. Saec. XVI animadvertit quidam initio commentarii deesse nonnulla et conscripsit fol. A praevio commentarii initium: *Ἐπειδή, φησι, ἀναστάσεως ἡμέρα ἐστί... ἀπερίσκεπτον ταχυτεῖτας* (sic). Cf. P. G. 36, 943—969.

Fol.	8^{v}—61^{v}.	Or. 45.	Fol.	140 —188.	Or. 43.
„	61^{v}—75.	„ 44.	„	188 —204^{v}.	„ 39.
„	75 —95^{v}.	„ 41.	„	205 —251^{v}.	„ 40.
„	96 —108.	„ 15.	„	252 —277^{v}.	„ 21.
„	108 —119^{v}.	„ 24.	„	277^{v}—283.	„ 11.
„	119^{v}—130.	„ 19.	„	283 —305^{v}.	„ 42.
„	130 —140.	„ 38.	„	305^{v}—323.	„ 14.

Fol. 323 —331^{v}. Or. 16. Commentarius est fine mutilus; qui exstat, pertinet ad cap. 1—14.

---

[1]) Ign. Hardt, Catalogus codicum mss. Graecorum Bibliothecae Regiae Bavaricae, vol. II (Monachii 1806) p. 54 sq. T. Sinko, O rękopisach mów św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach włoskich. P. II. Eos vol. XV (1909) p. 78.

[2]) Hardt, Catal. l. vol. II p. 105 sqq.

Monacensis Gr. 216 chartac. ff. 360 (mm. 285 × 190) saec. XIV (a. 1348) manu Ioannis Ducae scriptus est [1]. Fol. 1—16 binis columnis, reliqua una columna conscripta sunt. Codex continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 — praeter alias — cum scholiis Nicetae Heracleensis [2]. Excerpta ex hoc codice publicavit A. Iahn in P. G. 36, 908—913.

Fol. 1—7^{v}. Or. 1. Cf. P. G. 36 col. 943—969 et col. 908 C—909 A.

Fol.	7^{v}—50.	Or. 45.	P. G. 36, 909 A.
„	50 —61^{v}.	„ 44.	„ „ 36, 909 AB.
„	61^{v}—82.	„ 41.	
„	82 —95^{v}.	„ 15.	„ „ 36, 909 B.
„	95^{v}—107^{v}.	„ 24.	„ „ 36, 909 BC.
„	107^{v}—119.	„ 19.	„ „ 36, 909 C.
„	119 —134^{v}.	„ 38.	„ „ 36, 909 C—910 C.
„	135 —191^{v}.	„ 43.	„ „ 36, 910 C—912 B.
„	191^{v}—210^{v}.	„ 39.	
„	210^{v}—248^{v}.	„ 40.	„ „ 36, 912 BC.
„	249 —254^{v}.	„ 11.	Cf. P. G. 36 col. 969—984 et col. 912 C.

Fol.	254^{v}—277.	Or. 21.	
„	277 —296.	„ 42.	P. G. 36, 912 C.
„	296 —320.	„ 14.	„ „ 36, 912 D—913 A.
„	320 —336.	„ 16.	„ „ 36, 913 AB.

„ 336^{v}—fin. inveniuntur Gregorii Nazianzeni Adhortatio, Doxologia, Iezech., oratt. 4, 29. 25. 9. 10 [3].

Monacensis Gr. 277 chartac. ff. 343 (mm. 215 × 160) saec. XVI. In codice habentur scholia Nicetae Heracleensis in Gregorii Nazianzeni orationes 13 [4].

Fol.	1 —19^{v}.	Or. 44.	Fol.	51^{v}—71.	Or. 15.
„	19^{v}—51^{v}.	„ 41.	„	71^{v}—86^{v}.	„ 24.

---

[1]) Confer subscriptionem cod. fol. 336. Hardt, Catal. l. vol. II p. 422. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 176 et ibidem adnot. 2.

[2]) Hardt l. l. p. 421 sqq.

[3]) Cf. T. Sinko l. l. p. 78.

[4]) Hardt, Catal. l. vol. III p. 161 sq.

Fol.	86v—101.	Or.	19.
„	101 —121.	„	38.
„	121 —176.	„	43.
„	176 —200.	„	39.
„	200 —243v.	„	40.
Fol.	243v—250.	Or.	11.
„	250 —273v.	„	21.
„	273v—300.	„	42.
„	300 —324.	„	14.

Monacensis Gr. 484 membran. (fol. 2—3; 104—119; 130—fin.) et chartac. (fol. 4—103; 120—129) ff. 433 (mm. 225 × 170) saec. XIII (pars membran.) et XV (pars chartac.) scriptus est [1]). Fol. 4—396v exstant Gregorii Nazianzeni orationes 10 cum expositione Nicetae Heracleensis. Scholiis usus est A. Iahn [2]).

Fol.	4 —17v.	Or.	1.
„	17v—64.	„	41.
„	64 —103v.	„	38.
„	104 —184.	„	43.
„	184 —212.	„	39.
„	212 —273.	„	40.
„	273 —281.	„	11.
Fol.	281v—320v.	Or.	21.
„	321 —355v.	„	42.
„	356 —396v.	„	14.

Orationes 39. 40 ... 14 signatae sunt in margine ut *λόγοϲ ι̅, ι̅α̅ ... ι̅ε̅* [3]).

Mosquensis Syn. 151 $\left(\frac{59}{\text{LX}}\right)$ chartac. ff. 412 saec. XIV (a. 1349) scriptus est. Codex fuit olim in Monte Atho in monasterio Dionysii. Habentur in codice Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis. Fol. 1 est l.: *Οἱ ἀναγινωϲκόμενοι λόγοι τοῦ ἐν ἁγίοιϲ πατρὸϲ ἡμῶν Γρηγοριου τοῦ θεολόγου ἑρμηνευμένοι ἀπὸ φωνῆϲ τοῦ ϲοφωτάτου κυροῦ Νικήτα τοῦ Ἡρακλειαϲ* [4]).

---

[1]) Hardt, Catal. l. vol. V p. 46 sqq.

[2]) Cf. P. G. 36, 910 adnot. 4.

[3]) In enumerandis codicibus cum paraphrasibus tetrastichorum Gregorii Nazianzeni (De codicibus Graecis in Monte Casino p. 78 sqq.) omisi hunc codicem, in quo fol. 401v—416v Nicetae Davidis paraphrasis exstat (cf. P. G. 38, 789—841). Post. fol. 404 desunt in codice nonnulla folia (fol. 404v in margine scripsit manus posterior: λείψει οὐκ ὀλίγα): fol. 404v desinit: — *τὸ πέλαγοϲ ὁρῶντεϲ καὶ ναυτιῶντεϲ, εὐθὺϲ* || (= P. G. 38, 797). Fol. 405 incipit: || *αὐτοὶ ἑαυτοῖϲ προετοιμάζωμεν* ... (= P. G. 38, 816). Codicis fol. 2—3 paraphrases tetrastichorum 17—18 (38, 804—805) et 24—25 (38, 809—812) exhibent, post fol. 404 insuenda sunt.

[4]) Chr. Frid. Matthaei, Accurata codicum Graecorum mss. bibliothecarum Mosquensium Sanctiss. Synodi notitia et recensio, Lipsiae 1805. S. Gre-

Fol.	2 —10v.	Or. 1.	Fol.	189 —249.	Or. 43.
„	10v—71.	„ 45.	„	239 —269v.	„ 39.
„	71 —86.	„ 44.	„	269v—310.	„ 40.
„	86 —115.	„ 41.	„	310 —316.	„ 11.
„	115 —133.	„ 15.	„	316 —341v.	„ 21.
„	133 —149v.	„ 24.	„	341v—367.	„ 42.
„	149v—166.	„ 19.	„	367 —393v.	„ 14.
„	166 —189.	„ 38.	„	394v—fin.	„ 16.

Mosquensis Syn. 152 $\left(\frac{67}{\text{LXVIII}}\right)$ chartac. ff. 516 saec. XVI. Fol. 1—7, 497, 510—516 conscripta sunt manu saec. XVI. Codex fuit quondam in monasterio Iberorum. In codice (fol. 1—516) insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis expositione. Orationum ordo, quo leguntur in codice, est idem atque in cod. Mosqu. 151. Fol. 1 est l.: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικήτα μητροπολίτου Σερρῶν ἐξήγησις εἰς τὸν θεολόγον* [1].

Mosquensis Syn. 153 $\left(\frac{55}{\text{LVI}}\right)$ chartac. ff. 315 saec. XIV. Codex continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum scholiis Nicetae Heracleensis ita dispositas, ut in cod. Mosqu. 151 [2].

Mosquensis Syn. 154 $\left(\frac{294}{\text{CCLXXXI}}\right)$ chartac. ff. 336 saec. XV. Codex fuit quondam in monasterio Batopedii, et complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 11 cum Nicetae Heracleensis commentario. Fol. 1 legitur l.: *Νικήτα διακόνου καὶ διδασκάλου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἑρμηνεία εἰς τοὺς ῥηθέντας ὁσίους λόγους παρὰ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου* [3].

---

gorii Nazianzeni orationes binae (oratt. 1, 11) Graece et Latine ... edit. Chr. Frid. Matthaei, Mosquae 1780. Gregorii Naz. codicum notitia ex laudata editione repetita est in P. G. 36, 933—942. Cf. ibid. col. 938 sq. cod. H. — Archimandrita Vladimir, Descriptio codicum Mosquensis Bibliothecae Synodalis, p. I: Codd. Graeci (Russice), Mosquae 1894, p. 155. T. Sinko l. l. p. 75. In cod. Mosqu. Syn. 145 $\left(\frac{62}{\text{LXIII}}\right)$ membran. ff. 383 saec. X ad nonnullas orationes Gregorii Nazianzeni addidit manus posterior in margine argumenta Nicetae. Cf. P. G. 36, 940 cod. L. Vladimir, Catal. l. p. 150 adnot. 100.

[1]) P. G. 36, 941 cod. P. Vladimir, Catal. l. p. 155 sq. Sinko l. l. p. 75.

[2]) P. G. 36, 938 cod. F. Vladimir, Catal. l. p. 156. Sinko l. l. p. 75.

[3]) P. G. 36, 941 cod. R. Vladimir, Catal. l. p. 156, et ibid. adnot. 104. Sinko l. l. p. 75.

Fol. 1—16.	Or. 1.		Fol. 205—215.	Or. 11.
„ 16—107.	„ 45.		„ 215—239.	„ 19.
„ 107—134.	„ 44.		„ 239—248.	„ 42.
„ 134—179.	„ 41.		„ 248—282.	„ 38.
„ 179—205.	„ 15.		„ 282—313.	„ 39.

Fol. 313—fin. Or. 40. Oratio et commentarius sunt fine mutila.

Mosquensis Syn. 155 $\left(\frac{66}{\text{LXVII}}\right)$ chartac. ff. 464 saec. XV scriptus est manu Symeonis *τοῦ Μαλεσηνοῦ*, qui eum dicavit laurae Athanasii in Monte Atho [1]. Post versus in Gregorium Nazianzenum [2] et Nicetam [3] habentur in codice (fol. 5—403) Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis dispositae ut in cod. Mosqu. 151 [4]. Singulis orationibus adscripta reperiuntur argumenta et epigrammata Philae (*Στίχοι τοῦ Φιλῆ εἰς τοὺς λόγους τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου*), quae ex hoc codice (non ex cod. Mosqu. 151; cf. T. Sinko l. l. p. 75 adnot. 1) publicavit Chr. Frid. Matthaei in editione „orationum binarum" (Mosquae 1780). Cf. P. G. 36, 935—936.

Mosquensis Bibliothecae Tabularii imperialis, membran. ff. 495 saec. XI—XII [5]. Fol. 1 legitur scriptum manu recentiore: *Ἐκ τῶν τοῦ Διονυσίου ἱερομονάχου καὶ μεγάλου πρωτοσυγκέλου* [6]. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 9 cum scholiis Nicetae Heracleensis.

Fol. 1—18.	Or. 1.		Fol. 229—265.	Or. 15.
„ 18—140.	„ 45.		„ 265—297.	„ 24.
„ 140—172.	„ 44.		„ 297—330.	„ 19.
„ 172—229.	„ 41.		„ 330—374.	„ 38.

Fol. 374—fin. „ 43. Commentarius fine mutilus est; quae a vocabulis *καὶ προστίθεται τοῖς ἱερεῦσιν ὁ ἀρχιερεὺς* (cap. 80. P.

[1]) Videas inscriptionem cod. fol. 2. 364. 365. Cf. P. G. 36, 933 A C. Vladimir, Catal. l. p. 157. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 409.

[2]) P. G. 36, 934 A B.

[3]) L. *Εἰς τὸν ἐξηγητήν*. Cf. P. G. 36, 934 B.

[4]) Vladimir, Catal. l. p. 156 sq. Sinko l. l. p. 75.

[5]) P. G. 36, 937 cod. B.

[6]) Ibid. adnot. 5.

G. 36 col. 601 C) leguntur in codice, manu recentiore omissa interpretatione Nicetae adscripta sunt.

Neapolitanus Borbonicus II. A. 21 membran. ff. 380 in 4⁰ saec. XIII scriptus complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis, et Basilii Magni orationes in Hexaemeron. Nicetae expositio inscribitur (manu eadem?) in codice: *Ἐξήγηϲιϲ τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείαϲ Ἰωάννου τοῦ Ζωνάρα*[1].

Fol.	1 —7ᵛ.	Or. 1.	Fol.	146 —195ᵛ.	Or. 43.
„	7ᵛ—55.	„ 45.	„	195ᵛ—212ᵛ.	„ 39.
„	55 —68ᵛ.	„ 44.	„	212ᵛ—249.	„ 40.
„	68ᵛ—90.	„ 41.	„	249—254.	„ 11.
„	90 —104.	„ 15.	„	254—275.	„ 21.
„	104 —116ᵛ.	„ 24.	„	275—296.	„ 42.
„	116ᵛ—129.	„ 19.	„	296—319.	„ 14.
„	129 —146.	„ 38.	„	319—339.	„ 16.

Oxoniensis Baroccianus Gr. 188 chartac. ff. 324 in fol. saec. XIV in. binis columnis exaratus est. Olim fuit codex monasterii *Τῶν ῥιζῶν* prope muros[2]. Continentur codice Gregorii Nazianzeni orationes 16 Nicetae Heracleensis commentario instructae[3]. Fol. 1—6 sunt fragmenta or. 1; fol. 7 legitur lemma: *Τοῦ ἐν ἁγίοιϲ πατρὸϲ ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγοι οἱ ἀναγινωϲκόμενοι ΙϚ′ ἑρμηνευθέντεϲ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸϲ ἡμῶν Νικήτα μητροπολίτου Ἡρακλείαϲ τοῦ Cεῤῥῶν.*

Fol.	7 —14.	Or. 1.	Fol.	145 —188ᵛ.	Or. 43.
„	14 —67.	„ 45.	„	188ᵛ—203ᵛ.	„ 39.
„	67ᵛ—78ᵛ.	„ 44.	„	203ᵛ—237.	„ 40.
„	78ᵛ—97.	„ 41.	„	237 —242.	„ 11.
„	97ᵛ—109ᵛ.	„ 15.	„	242 —263.	„ 21.
„	109ᵛ—120.	„ 24.	„	263ᵛ—284.	„ 42.
„	120 —130.	„ 19.	„	284 —307.	„ 14.
„	130ᵛ—145.	„ 38.	„	307ᵛ—fin.	„ 16.

---

[1]) S. Cyrillus, Codices Graeci mss. Regiae Bibliothecae Borbonicae vol. I (Neapoli 1826) p. 51 sq.

[2]) Conferas inscriptionem cod. fol. 7 in margine superiore.

[3]) H. O. Coxe, Catalogi codicum mss. Bibliothecae Bodleianae pars I recensionem codicum Graecorum continens, Oxonii 1853, col. 316 sqq.

Oxoniensis Canonicianus Gr. 51 chartac. ff. 377 saec XIV in. Codex continet orationes Gregorii Nazianzeni et alia. Fol. 275—359 et 359—fin. exstant Gregorii or. 45 et 44 cum expositione Nicetae Heracleensis [1]).

Oxoniensis Canonicianus Gr. 73 chartac. ff. 72 in fol. saec. XV scriptus est et complectitur Gregorii Nazianzeni or. 1 (fol. 1—11ᵛ) et 45 (fol. 11ᵛ—fin.) cum commentario Nicetae Heracleensis. Fol. 1 in margine legitur lemma: *Ἐξήγηcιc ἤτοι ἑρμηνεία τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλειας κυροῦ Νικήτα τῶν Cεῤῥῶν* [2]).

Oxoniensis Colleg. Lincolniensis Gr. 1 chartac. ff. 374 in fol. saec. XIV binis columnis scriptus est et continet fol. 276—288 Gregorii Nazianzeni or. 1 cum Nicetae Heracleensis expositione [3]).

Oxoniensis Miscellan. 50 [olim 3492] chartac. ff. 196 in fol. saec. XVI. Codex continet Gregorii Nazianzeni orationes 8 cum commentario Nicetae Heracleensis [4]). Fol. 1 est lemma: *Νικήτα μητροπολίτου Ἡρακλείας ἐξήγηcιc εἰc τὸν θεολόγον.*

Fol.	1 —11ᵛ.	Or. 1.	Fol.	137 —153.	Or. 15.
„	11ᵛ—87.	„ 45.	„	153ᵛ—165.	„ 24.
„	87 —107ᵛ.	„ 44.	„	165 —178.	„ 19.
„	108 —137.	„ 41.	„	178 —fin.	„ 38.

Oxoniensis Miscellan. 236 chartac. ff. 229 in fol. saec. XV haud eadem manu descriptus est. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 9 „Nicetae Heracleensis argumentis commentariisque uberrimis instructae“ [5]).

Fol. 1—8ᵛ. Or. 1. Fol. 1 est lemma: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς... Γρηγορίου... εἰς τὸ πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδυτῆτα, καὶ ἡ ἐξήγηcιc Νικήτα μητροπολίτου Cερῶν.* Cf. P. G. 36, 943—969.

[1]) Coxe, Catalogi codicum mss. Bibliothecae Bodleianae pars III codices Graecos et Latinos Canonicianos complectens, Oxonii 1854, col. 58 sq.

[2]) Coxe, Catal. l. col. 73.

[3]) Coxe, Catalogus codicum mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, pars II (Oxonii 1852) p. 3.

[4]) Coxe, Catalogi codicum mss. Bibliothecae Bodleianae pars I, Oxonii 1853, col. 648.

[5]) Coxe, Catal. l. col. 787.

Fol.	8^{v}—62.	Or.	45.	Fol.	114 —133^{v}.	Or.	39.
„	63^{v}—78^{v}.	„	44.	„	134—160.	„	42.
„	78^{v}—100.	„	41.	„	160—222.	„	43.
„	100 —114.	„	38.	„	222—229.	„	11.

In fine codicis exstat index contentorum, cui succedunt haec: *Λειπει ὁ λόγοϲ τῶν Μακκαβαίων, τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ, εἰϲ τὸν ἐξιϲωτήν, εἰϲ τὸ βάπτιϲμα.*

Oxoniensis Collegii S. Trinitatis Gr. 44 membran. ff. 379 in 4⁰ mai. saec. XII nitide exaratus et servatus est. Olim fuit codex Ricardi Basset, postea Colleg. S. Trinitatis ex dono magistri Thomae Frieri, quondam socii. 15 Dec. 1566. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 scholiis Nicetae Heracleensis illustratae [1]).

Fol.	1 —7^{v}.	Or.	1.	Fol.	160^{v}—217^{v}.	Or.	43.
„	8 —61.	„	45.	„	217^{v}—235.	„	39.
„	61 —76.	„	44.	„	235^{v}—274.	„	40.
„	76 —101^{v}.	„	41.	„	274 —279^{v}.	„	11.
„	101^{v}—118.	„	15.	„	279^{v}—304.	„	21.
„	118 —132.	„	24.	„	304 —328^{v}.	„	42.
„	132^{v}—147.	„	19.	„	328^{v}—354.	„	14.
„	147 —160.	„	38.	„	354 —370.	„	16.

Orationes Gregorii sequitur Epiphanii oratio in sepulcrum Domini etc.

Parisinus Gr. 522 chartac. ff. 432 (mm. 295 $\times$ 210) saec. XV. Codex exhibet fol. 1—413 Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis [2]). Fol. 1 est lemma: *Ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τοὺϲ λόγουϲ τοῦ θεολόγου ἀπὸ φωνῆϲ τοῦ τιμιωτάτου μ̅ρ̅ο̅πολιτου Ἡρακλείαϲ κυροῦ Νικήτα.*

Fol.	1 —7^{v}.	Or.	1.	Fol.	146 —162^{v}.	Or.	19.
„	8^{v}—67^{v}.	„	45.	„	162^{v}—181^{v}.	„	38.
„	67^{v}—84^{v}.	„	44.	„	182 —242^{v}.	„	43.
„	84^{v}—112.	„	41.	„	243 —263.	„	39.
„	112 —130.	„	15.	„	263 —306^{v}.	„	40.
„	130 —146.	„	24.	„	307 —313.	„	11.

---

[1]) Coxe, Catalogus codicum mss. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, vol. II (Oxonii 1852) p. 17 sq.

[2]) H. Omont, Inventaire sommaire... vol. I p. 71 sq.

Fol. 313v—340. Or. 21.
„ 340 —364v. „ 42.
Fol. 365 —393. Or. 14.
„ 393 —413. „ 16.
Fol. 414 —432 est explicatio historiarum or. 4 [1]).

Parisinus Gr. 541 membran. ff. 427 (mm. 285 × 185) saec. XIV. Codex fine mutilus est et complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis commentario [2]). Fol. 1 est lemma scriptum rubro: *Πρόλογος καὶ ἐξήγησις τοῦ τοῦ Σερῶν κυροῦ Νικήτα.*

Fol. 1 —9v. Or. 1.
„ 10 —69v. „ 45.
„ 70 —85v. „ 44.
„ 86 —113v. „ 41.
„ 114 —131v. „ 15.
„ 132 —147v. „ 24.
„ 148 —163v. „ 19.
„ 164 —185v. „ 38.
„ 186 —249. „ 43.
„ 250 —276v. „ 39.
Fol. 277 —335. Or. 40.
„ 335 —343v. „ 11.
„ 344 —378. „ 21.
„ 378v—406v. „ 42.
„ 407—422v. „ 14.
„ 423—427v. „ 16. Oratio et commentarius fine mutila sunt; fol. 427v desinit in commentario in cap. 10.

Parisinus Gr. 549 membran. palimpsestus ff. 169 (mm. 270 × 190) saec. XIV denuo rescriptus est. In codice, qui initio caret, exstant Gregorii Nazianzeni orationes 11 cum expositione Nicetae Heracleensis [3]).

Fol. 1—25v. Or. 45. Oratio et commentarius initio mutila sunt.
Fol. 25v—34v. Or. 44.
Fol. 34v—50. Or. 41.
„ 50v—61v. „ 15.
„ 62 —73. „ 19.
„ 73 —87v. „ 38.
Fol. 88 —90v. „ 39. Oratio et commentarius fine mutila sunt. Fol. 91—91v sunt excerpta ex carminibus Gregorii Nazianzeni.
Fol. 92 —135. Or. 43.
„ 135v—148. „ 39.
Fol. 148v—166v. Or. 40.
„ 166v—169. „ 11.

Parisinus Gr. 552 A chartac. ff. 339 (mm. 245 × 165) saec. XIII. Continet codex (fol. 8—fin.) Gregorii Nazianzeni orationes 15 cum commentario Nicetae Heracleensis [4]).

---

[1]) Catalogus laudatus p. 72 in hac parte codicis describenda minus accuratus est.

[2]) Omont, Catal. l. vol. I p. 80.

[3]) Omont, Catal. l. vol. I p. 83.

[4]) Omont, Catal. l. vol. I p. 85.

Fol. 8—17. Or. 1. Praemittuntur definitiones vocum theologicarum initio mutilae.

Fol. 17 —70.	Or. 45.	Fol. 233^{v}—266.	Or. 40.
„ 70 —84^{v}.	„ 44.	„ 266^{v}—271.	„ 11.
„ 84^{v}—109^{v}.	„ 41.	„ 271 —291.	„ 21.
„ 109^{v}—125.	„ 15.	„ 291 —311.	„ 42.
„ 125 —137^{v}.	„ 24.	„ 311 —332^{v}.	„ 14.
„ 137^{v}—164.	„ 19.	„ 333 —339^{v}.	„ 16.
„ 164 —219.	„ 38.	Oratio et commentarius fine sunt mutila.	
„ 219 —233.	„ 39.		

Parisinus Gr. 553 membran. ff. 239 (mm. 310 × 210) saec. XIII est exaratus. Codex initio et fine mutilus est et exhibet Gregorii Nazianzeni orationes 9 cum commentario Nicetae Heracleensis [1]).

Fol. 1—11. Or. 1. Oratio et commentarius initio mutila sunt

„ 11 —84^{v}.	Or. 45.	Fol. 171 —184^{v}.	Or. 19.
„ 84^{v}—104^{v}.	„ 44.	„ 184^{v}—204.	„ 38.
„ 104^{v}—140.	„ 41.	„ 204 —239^{v}.	„ 43.
„ 140 —158.	„ 15.	Oratio et commentarius fine carent.	
„ 158^{v}—171.	„ 24.		

Parisinus Gr. 555 A chartac. ff. 277 (mm. 255 × 165) saec. XIII. Initio et fine codex mutilus est et habet Gregorii Nazianzeni orationes 14 cum interpretatione Nicetae Heracleensis [2]).

Fol. 1 —8^{v}. Or. 45. Oratio et commentarius initio carent.
„ 8^{v}—24. „ 44.
„ 24 —48. „ 41.
„ 48 —63. „ 15. Oratio signata est: λόγος πέμπτος.
„ 63 —76^{v}. „ 24.
„ 76^{v}—89^{v}. „ 19.
Fol. 90 —144. Folia transposita sunt et exhibent oratt. 38. 43. 39

Fol. 144 —189^{v}.	Or. 40.	Fol. 236 —260^{v}.	Or. 14.
„ 189^{v}—213.	„ 21.	Fol. 261 —277^{v}.	Or. 16. Oratio et commentarius fine carent.
„ 213 —236.	„ 42.		

Parisinus Gr. 558 membran. ff. 385 (mm. 295 × 210) saec.

[1]) Omont ibid.
[2]) Omont, Catal. l. vol. I p. 86.

XIII scriptus est et continet Gregorii Nazianzeni orationes 9 cum Nicetae Heracleensis expositione [1]). Fol. 1 legitur lemma scriptum rubro: *Νικήτα μητροπολίτου Ἡρακλείας ἐξήγηcιc εἰc τὸν θεολόγον.*

Fol. 1—29.	Or. 1.	Fol. 227—257v.	Or. 15
„ 29—136.	„ 45.	„ 258—279.	„ 24.
„ 136v—169.	„ 44.	„ 279—302v.	„ 19.
„ 169—227.	„ 41.	„ 302v—336v.	„ 38.
Fol. 336v—385.	„ 43.		

Fol. 385 finitur codex, sed non finiuntur oratio et commentarius; quae desunt, scripta sunt eadem manu in margine fol. 2—24v, quod animadvertit scriba fol. 385: *Ζήτει τὸ ἐπίλοιπον τοῦ λόγου τούτου κατ' ἀρχὰc τοῦ παρόντοc βιβλιου· ἐκεῖ γὰρ ἐγράφη τό τε κείμενον καὶ ἡ ἑρμηνεία ἐν τοῖc μετωπίοιc.*

Parisinus Gr. 565 chartac. ff. 109 (mm. 275 × 175) saec. XIV. In codice exstant Gregorii Nazianzeni orationes 6 cum Nicetae Heracleensis commentario [2]). Fol. 1 in margine inferiore scripsit manus posterior: *Γρηγορίου θεολόγου λόγοι ἓξ μετ' ἐξηγήcεωc... τοῦ Cερρῶν.*

Fol. 1—32v.	Or. 39.	Fol. 57—76.	Or. 42.
„ 32v—37.	„ 11.	„ 76—95v.	„ 14.
„ 37—57.	„ 21.	„ 96—109v.	„ 16.

Parisinus Gr. 568 membran. pagg. 539 (mm. 340 × 220) saec. XIV. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum interpretatione Nicetae Heracleensis [3]). Fol. 1 exstat lemma scriptum rubro: *Ἐξήγηcιc cύντομοc... εἰc ιϛ λόγουc τοὺc ἀναγινωcκομένουc cυντεθεῖcα παρὰ Νικήτα τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείαc τοῦ Cερρῶν.*

Pag. 1—14.	Or. 1.	Pag. 174—194.	Or. 24.
„ 14—100.	„ 45.	„ 194—212.	„ 19.
„ 101—122.	„ 44.	„ 212—239.	„ 38.
„ 122—152.	„ 41.	„ 239—321.	„ 43.
„ 152—174.	„ 15.	„ 322—347.	„ 39.

---

[1]) Omont, Catal. l. vol. I p. 87.
[2]) Omont, Catal. l. vol. I p. 91.
[3]) Omont, Catal. l. vol. I p. 91 sq.

Fol. 347—405. Or. 40.
„ 405—413. „ 11.
„ 414—449. „ 21.
Fol. 449—480. Or. 42.
„ 481—514. „ 14.
Fol. 514—527. „ 16. Oratio et commentarius fine carent. — Folia pagg. 528 sqq. conscripta manibus variis ad hunc codicem non pertinent.

Parisinus Gr. 570 chartac. ff. 262 (mm. 278 × 185) saec. XIV. Fol. 1—7 et 11—33 scripta sunt manu posteriore. Codex continet Gregorii Nazianzeni orationes 12 cum expositione Nicetae Heracleensis [1]. Fol. 1 est lemma: *Νικήτα μητροπολίτου Ἡρακλείαϲ ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τὸν θεολόγον.*

Fol. 1 —11^{v}. Or. 1.
„ 11^{v}—43^{v}. „ 45.
„ 43^{v}—65^{v}. „ 44.
„ 65^{v}—92^{v}. „ 41.
„ 92^{v}—103^{v}. „ 15.
„ 103^{v}—115^{v}. „ 24.
„ 115^{v}—132^{v}. „ 19.
Fol. 132^{v}—147^{v}. Or. 38.
„ 147^{v}—191. „ 43.
„ 191 —206. „ 39.
„ 206 —219^{v}. „ 40.
„ 219^{v}—253_{v}. „ 16.
Oratio et commentarius fine carent.

Fol. 254—fin. sunt fragmenta orationum Gregorii Nazianzeni.

Parisinus Gr. 572 chartac. ff. 271 (mm. 325 × 225) saec. XVI. Post Nicetae Davidis paraphrasin carminum Gregorii Nazianzeni inveniuntur in codice orationes 4 cum commentario Nicetae Heracleensis [2].

Fol. 103 —111. Or. 1.
„ 111 —126^{v}. „ 45.
„ 127 —170. „ 43.
Fol. 170^{v}—177. Or. 39.
Oratio et commentarius fine carent.

Parisinus Gr. 574 chartac. ff. 239 (mm. 263 × 175) saec. XIV (a. 1315) ab Ioanne sacerdote est exaratus. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 8 cum expositione Nicetae Heracleensis [3]. Fol. *a* legitur lemma scriptum rubro: *Τοῦ ἐν ἁγίοιϲ πατρὸϲ ἡμῶν Νικήτα τοῦ Ϲερρῶν καὶ μεγάλου ϲκευοφύλακοϲ τῆϲ τοῦ Θεοῦ μεγάληϲ ἐκκληϲίαϲ ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τοὺϲ ιϚ λόγουϲ τοῦ ἐν ἁγίοιϲ Γρηγορίου θεολόγου.*

---

1) Omont, Catal. l. vol. I p. 92.
2) Omont, Catal. l. vol. I p. 93.
3) Omont, Catal. l. vol. I p. 94.

Fol.	α—ι.	Or. 1.	Fol.	ρη—ριη^{v}.	Or. 38.
„	ι—ξε^{v}.	„ 45.	„	ριη^{v}—ροη.	„ 43.
„	ξϛ—πβ.	„ 44.	„	ροη—ρϛη.	„ 39.
„	πβ—ρη.	„ 41.	„	ρϛη—ϲλη^{v}.	„ 40.

Parisinus Gr. 575 membran. palimpsestus ff. 261 (mm. 265 × 185) saec. XIV denuo scriptus est et continet Gregorii Nazianzeni orationes 15 cum Nicetae Heracleensis expositione [1]).

Fol.	1—7.	Or. 1.	Fol.	73^{v}—84^{v}.	Or. 24.
„	7—30.	„ 45.	„	84^{v}—94^{v}.	„ 19.
„	30—40.	„ 44.	„	94^{v}—109.	„ 38.
„	40—60^{v}.	„ 41.	„	109—155^{v}.	„ 43.
„	60^{v}—73^{v}.	„ 15.			

Fol. 155^{v}—170^{v}. „ 39. Fol. 170^{v} desinit commentario in cap. 19.

Fol. 171—203^{v}. Or. 40. Fol. 171 incipit commentario in cap. 2.

„ 203^{v}—208. „ 11.

Fol. 208—229^{v}. Or. 21. Oratio et commentarius fine carent.

„ 230—250^{v}. „ 42.

„ 251—261^{v}. „ 14. Oratio et commentarius fine carent.

Parisinus Gr. 577 membran. ff. 211 (mm. 465 × 275) saec. XI binis columnis (mm. 267 × 72) diligentissime est scriptus. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 13 cum Nicetae Heracleensis commentario [2]).

Fol. 1—25^{v}. Or. 45. Oratio et commentarius initio carent; fol. 1 incipit commentario in cap. 16 fin.

Fol. 25^{v}—45^{v}. Or. 45.

„ 45^{v}—71. „ 42. Oratio signata est in margine superiore ut λόγοc δ'.

Fol. 71—95. Or. 21.

„ 95—124^{v}. „ 41.

„ 124^{v}—141^{v}. „ 15.

Fol. 141^{v}—142^{v}. Or. 19. Oratio et commentarius fine carent; fol. 142^{v} desinit in commentario in cap. 1 fin.

Fol. 143—158. Or. 43. Fol. 143 incipit commentario in cap. 52 fin.

---

[1]) Omont, Catal. l. vol. I p. 94 sq.

[2]) Omont, Catal. l. vol. I p. 95.

Fol. 158—163^v. Or. 39. Fol. 163^v desinit in commentario in cap. 16 fin.

Fol. 164—181. Or. 40. Fol. 164 incipit commentario in cap. 27 fin.

Fol. 181^v—186^v. Or. 11. Cf. P. G. 36, 969—984.
„ 186^v—208. „ 14.
„ 208 —211^v. „ 16. Oratio et commentarius fine carent; fol. 211^v desinit in commentario in cap. 5 med.

Parisinus Gr. 578 membran. ff. 316 (mm. 320 × 230) saec. XIII (excepto fol. 313, quod scriptum est saec. XVII) exaratus est. Codex exhibet Gregorii Nazianzeni orationes 15 cum commentario Nicetae Heracleensis [1]).

Fol. 1—37. Or. 45. Oratio et commentarius initio carent; fol. 1 incipit commentario in cap. 6 fin.

Fol. 37^v—49. Or. 44. Oratio signata est in margine superiore: *Λόγοϲ Γ.*

Fol. 49^v—70^v.	Or. 41.	Fol. 198^v—234^v.	Or. 40.
„ 71 —85.	„ 15.	„ 234^v—255.	„ 42.
„ 85^v—95^v.	„ 24.	„ 255^v—276^v.	„ 14.
„ 96 —108.	„ 19.	„ 276^v—281.	„ 11.
„ 108^v—125^v.	„ 38.	„ 281^v—295^v.	„ 16.
„ 126 —181^v.	„ 43.	„ 295^v—315^v.	„ 21.
„ 182 —198^v.	„ 39		

Parisinus Gr. 858 membran. ff. 306 (mm. 295 × 217) saec. XIV scriptus est et continet fol. 29^v—33^v; 127^v—129^v; 226—227^v Gregorii Nazianzeni or. 1 cum expositione Nicetae Heracleensis fine mutilam [2]). Fol. 29^v legitur lemma scriptum rubro: *Ἐξήγηϲιϲ τοῦ πανιερωτάτου μροπολίτου Ἡρακλείαϲ κυροῦ Νικήτα τοῦ Ϲερρῶν.*

Parisinus Gr. 982 chartac. ff. 312 (mm. 230 × 145) saec. XIV. In codice insunt (fol. 1—295^v) Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis [3]).

Fol. 1 —7. Or. 1. Oratio et commentarius initio carent.

„ 7 —50.	„ 45.	Fol. 61^v—79.	Or. 41.
„ 50 —61^v.	„ 44.	„ 79 —91.	„ 15.

---

1) Omont, Catal. l. vol. I p. 95 sq.
2) Omont, Catal. l. vol. I p. 161.
3) Omont, Catal. l. vol. I p. 194.

Fol. 91 —102^{v}.	Or. 24.	Fol. 224^{v}—229.	Or. 11.
„ 102^{v}—113.	„ 19.	„ 229 —247.	„ 21.
„ 113 —127^{v}.	„ 38.	„ 247 —264^{v}.	„ 42.
„ 128 —177.	„ 43.	„ 264^{v}—283.	„ 14.
„ 177 —191^{v}.	„ 39.	„ 283—295^{v}.	„ 16.
„ 191^{v}—224.	„ 40.		

Parisinus Gr. 997 membran. ff. 321 (mm. 160 × 108) manu Germani hieromonachi a. 1231 exaratus est [1]) exceptis foliis 1—18, quae chartacea sunt et conscripta manu posteriore. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis [2]). Fol. 1 legitur lemma: *Νικήτα μροπολίτου Ἡρακλείαϲ ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τοὺϲ λόγουϲ τοῦ Γρηγορίου.*

Fol. 1 —8.	Or. 1.	Fol. 134^{v}—182.	Or. 43.
„ 8 —52.	„ 45.	„ 182^{v}—198^{v}.	„ 39.
„ 52 —64^{v}.	„ 44.	„ 198^{v}—230^{v}.	„ 40.
„ 64^{v}—85^{v}.	„ 41.	„ 231 —235.	„ 11.
„ 85^{v}—97.	„ 15.	„ 235 —255.	„ 21.
„ 97 —107^{v}.	„ 24.	„ 255 —276^{v}.	„ 42.
„ 107^{v}—118.	„ 19.	„ 276^{v}—301.	„ 14.
„ 118 —134.	„ 38.	„ 301^{v}—319^{v}.	„ 16.

Parisinus Gr. 2314 chartac. ff. 356 (mm. 203 × 136) saec. XIV—XV variis manibus scriptus est. Fol. 289—298 exstant in codice fragmenta or. 45 Gregorii Nazianzeni cum expositione Nicetae Heracleensis; fol. 298—316 est or. 19 cum commentario eiusdem Nicetae [3]).

Parisinus Coislinianus 54 membran. ff. 469 (mm. 370 × 262) saec. XII—XIII binis columnis (mm. 85 × 253) diligentissime exaratus est. Olim fuit codex in monasterio Dionysii in Monte Atho, ut fert nota fol. 1 scripta: *Κτῆμα τοῦ κυροῦ Διονυϲίου...* Codex exhibet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis [4]).

---

[1]) Videas subscriptionem cod. fol. 320. Cf. Omont, Fac-similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque Nationale du XI^{e} au XIV^{e} siècle, Paris. 1891, p. 11 et tab. 52². Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 68.

[2]) Omont, Catal. l. vol. I p. 199.

[3]) Omont, Catal. l. vol. II p. 235.

[4]) B. Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana... Parisiis 1715, p. 119. Omont, Catal. l. vol. III p. 123.

Fol.	1 — 9ᵛ.	Or. 1.	Fol.	192 — 259ᵛ.	Or. 43.
„	9ᵛ — 74ᵛ.	„ 45.	„	260 — 283.	„ 39.
„	74ᵛ — 91ᵛ.	„ 44.	„	283 — 335.	„ 40.
„	91ᵛ — 120.	„ 41.	„	335 — 343.	„ 11.
„	120 — 138ᵛ.	„ 15.	„	343 — 375ᵛ.	„ 21.
„	138ᵛ — 155.	„ 24.	„	375ᵛ — 412ᵛ.	„ 14.
„	155 — 170ᵛ.	„ 19.	„	412ᵛ — 444ᵛ.	„ 42.
„	170ᵛ — 192.	„ 38.			

Fol. 445 — 469. „ 16. Desunt aliquot lineae commentarii, nam secunda columna fol. 469 abscisa est.

Parisinus Coislinianus 55 membran. ff. 424 (mm. 290 × 212) saec. XIV. Codex complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis expositione [1]).

Fol.	1ᵛ — 10.	Or. 1.	Fol.	188 — 249ᵛ.	Or. 43.
„	10 — 68ᵛ.	„ 45.	„	250 — 272.	„ 39.
„	69 — 86.	„ 44.	„	272 — 316ᵛ.	„ 40.
„	86 — 114.	„ 41.	„	316ᵛ — 324.	„ 11.
„	114 — 132.	„ 15.	„	324 — 350.	„ 21.
„	132 — 148.	„ 24.	„	350 — 375.	„ 42.
„	148ᵛ — 165.	„ 19.	„	375 — 403.	„ 14.
„	165 — 188.	„ 38.	„	403 — 424ᵛ.	„ 16.

Patmiacus 204 membran. ff. 153 in 4⁰ saec. XIII scriptus est. Initio et fine codex est mutilus, et continet Gregorii Nazianzeni orationes 6 cum commentario Nicetae Heracleensis: 45 (initio mutil.). 41. 19. 11. 43. 1 (cum l.: *Τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Cεῤῥῶν κυροῦ Νικήτα ἑρμηνεία εἰϲ τὸν θεολόγον*). 42 (fine mutil.) [2]).

Patmiacus 300 chartac. ff. 335 saec. XV. In codice exstant Gregorii Nazianzeni orationes 13 cum expositione Nicetae Heracleensis: 45 (initio mutil.). 44. 15. 24. 19. 38. 43. 39. 40. 11. 21. 42. 14 [3]).

Patmiacus 301 chartac. ff. 128 saec. XVII in. Codex continet Gregorii Nazianzeni orationes: 20 (κ?). 21. 38. 39 (cum l.: *Τοῦ αὐτοῦ Νικήτα Cεῤῥῶν*). 40 cum scholiis Nicetae Heracleensis [4]).

---

[1]) Montfaucon, Catal. l. p. 119. Omont, Catal. l. vol. III p. 123 sq.

[2]) *Ἰωάννου Cακκελίωνοϲ Πατμιακὴ βιβλιοθήκη, ἤτοι ἀναγραφὴ τῶν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τῆϲ κατὰ τὴν νῆϲον Πάτμον γεραρᾶϲ καὶ βαϲιλικῆϲ μονῆϲ τοῦ ἁγίου ἀποϲτόλου καὶ εὐαγγελιϲτοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τεθηϲαυριϲμένων χειρογράφων τευχῶν, Ἀθήνηϲιν* 1890, p. 114 et ibid. adnot. 1.

[3]) Sakkelion, Catal. l. p. 151.

[4]) Sakkelion ibid. — In „Catalogo librorum monasterii insulae Patmi

Patmiacus 578 chartac. initio et fine mutilus, scriptus saec. XVII ineunte, secundum catalogum Ioannis Sakkelion [1]) continet commentarios Eliae Cretensis et orationes Gregorii Nazianzeni: 45 (*Λόγος ὁ περὶ Ἀναστάσεως*. Oratio initio mutila est). 44. 41. 15. 24. 19. 38. 43. 14. 39. 40. 21 (fin. mut.). Notum est Eliam ad has orationes commentarios non scripsisse [2]), quapropter ex ordine, quo orationes leguntur, conicio commentarios in cod. Patmiaco pertinere ad Nicetam Heracleensem.

Romanus Angelicus Gr. 60 [B. 5. 8] chartac. ff. 128 (mm. 214 × 140) saec. XV scriptus habet fol. 54v—95 Gregorii Nazianzeni or. 43 cum commentario Nicetae Heracleensis [3]).

Romanus Angelicus Gr. 85 [C. 1. 1] chartac. ff. 262 (mm. 320 × 228) saec. XVI scriptus est. In codice inest fol. 173—fin. Gregorii Nazianzeni or. 43 cum expositione Nicetae Heracleensis [4]), quae ex supra nominato codice Angelico videtur exscripta esse.

Romanus Casanatensis Gr. 195 [olim G. II. 10; olim G. I. 1(?)] chartac. ff. 394 (mm. 290 × 220) saec. XIV (a. 1352) a Gerasimo monacho scriptus est [5]). In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 (oratt. 1. 45. 44. 41. 15. 24. 19. 38. 43. 39. 40. 11. 21. 42. 14. 16) cum Nicetae Heracleensis commentario [6]).

Romanus Vallicellianus Gr. 8 [B. 28] chartac. ff. 285 (mm. 291 × 215) saec. XIV (fol. 1—255), XV (fol. 256—284), XVII (fol. 285) est scriptus. Praeter alia continet codex fol. 3—254 Gre-

---

saeculo XIV", quem ex cod. Vatic. Gr. 1205 publicavit A. Mai in Bibl. nov. PP. vol. VI (= P. G. 149 col. 1047—1052) nominatur (col. 1050) codex cum Gregorii Nazianzeni orationibus illustratis commentario Nicetae Heracleensis: „Patmiac. λς'. *Νικήτα Σεῤῥῶν εἰς τοὺς τοῦ Γρηγορίου Ἐκκλησίᾳ ἀναγινωσκομένους λόγους ἐξήγησις*".

[1]) Sakkelion, Catal. l. p. 241: *Περιέχονται ἐν αὐτῷ οἱ ἑξῆς λόγοι Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ μετὰ τῶν Σχολίων Ἠλία τοῦ Κρήτης.*

[2]) P. G. 36, 757 sq.

[3]) P. Franchi de' Cavalieri et G. Muccio, Index codicum Graecorum Bibliothecae Angelicae. Studi ital. di filol. class. vol. 4 (1896) p. 111.

[4]) Franchi de' Cavalieri-Muccio, Catal. l. p. 131 sq.

[5]) Videas subscriptionem cod. fol. 394v. Cf. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 66.

[6]) Franc. Bancalari, Index codicum Graecorum Bibliothecae Casanatensis. Studi ital. di filol. class. vol. II (1894) p. 166.

gorii Nazianzeni orationes 16 et commentarium Nicetae Heracleensis. Ordo foliorum perturbatus est, textus orationum et commentariorum lacunas exhibet plurimas, commentarii minutis characteribus scripti scatent compendiis [1]).

Fol. 1—3. Or. 1. Oratio et commentarius initio carent. Fol. 1 incipit commentario in cap. 4 fin. Cf. P. G. 36, 953 D—969.

Fol.	3 —30.	Or.	45.	Fol.	97^{v}—142^{v}.	Or.	43.
„	30 —39^{v}.	„	44.	„	142^{v}—156^{v}.	„	39.
„	39^{v}—54.	„	41.	„	156^{v}—185.	„	40.
„	54^{v}—65^{v}.	„	15.	„	185^{v}—189^{v}.	„	11.
„	65^{v}—76^{v}.	„	24.	„	189^{v}—206^{v}.	„	21.
„	76^{v}—85^{v}.	„	19.	„	207 —224.	„	42.
„	85^{v}—97^{v}.	„	38.	„	224 —241.	„	14.

Fol. 241—254. „ 16. De eis, quae sequuntur, confer supra p. 83.

Romanus Vallicellianus Gr. 36 [C. 34] ff. 481 (mm. 246 × 173) chartac. (fol. 1—441) et membran. (fol. 442—fin.) constat fragmentis variorum codicum. Fol. 466—473^{v}, quae conscripta sunt saec. XIV, continet codex fragmenta or. 45 cum commentario Nicetae Heracleensis. Fol. 466 incipit: || *μεθα δ' εὐcεβοῦc πολιτείαc καὶ ἀξιαγάcτου ζωῆc· εἴ τιc γὰρ ἐν Χριcτῷ καινὴ κτίcιc ἀνακαινίζεcθαι*... Fol. 473^{v} desinit: — *ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντοc ὑπέcτη· πολυώνυμοc γὰρ ἡ ψυχὴ* || [2]).

Sinaiticus 351 membran. ff. 456 (mm. 320 × 230) saec. XII scriptus est. Folia 1—16 et in medio libro fasciculi nonnulli chartacei sunt et conscripti manu recentiore. Codex complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 et commentarium Nicetae Heracleensis [3]).

Sinaiticus 352 membran. ff. 244 (mm. 310 × 235) saec. XIV (a. 1320) binis columnis ab Ioanne quodam monacho est exaratus. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis. [4])

---

[1]) Codicem diligentissime descripsit E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche italiane, vol. II (Milano 1902) p. 10 sqq.

[2]) Martini, Catal. l. vol. II p. 66.

[3]) V. Gardthausen, Catalogus codicum Graecorum Sinaiticorum, Oxonii 1886, p. 77.

[4]) Gardthausen, Catal. l. p. 77 sqq.

Sinaiticus 353 chartac. ff. 478 (mm. 400 × 270) saec. XIII binis columnis — praeter folia nonnulla, quae numeris carent et scripta sunt manu recentiore — scriptus est. Codex exhibet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis [1]).

Sinaiticus 354 chartac. (mm. 250 × 176) saec. XIV. Quaterniones plures a manu recentiore suppleti sunt. Codex fine mutilus est et continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis commentario [2]).

Sinaiticus 367 continet „*Ἑρμηνείαν τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας κῦρ Νικήτα εἰς τὰ κείμενα Γρηγορίου θεολόγου*“ [3]).

Smyrnensis *A*. 6 membran. ff. 314 in 4⁰ saec. XIII. Codex initio et fine caret, et complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 14 (oratt. 45. 44. 41. 15. 24. 19. 38. 43. 39. 11. 21. 42. 14. 16) cum scholiis Nicetae Heracleensis [4]).

Smyrnensis *B*. 74 chartac. in 12⁰ saec. XVI loco secundo continet Nicetae Heracleensis in orationes Gregorii Nazianzeni commentarium, qui inscribitur: *Ἐξήγησις σύντομος παραφραστικὴ εἰς τοὺς λόγους τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τοὺς ἀναγινωσκομένους συντεθεῖσα παρὰ Νικήτα ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας, τοῦ Σερρῶν* [5]). Cf. cod. Paris. Gr. 568 supra p. 148.

Smyrnensis *Γ*. 8 chartac. in 8⁰ saec. XVIII. Codice continetur Nicetae Heracleensis commentarius in orationes quasdam Gregorii Nazianzeni. Commentario praecedit lemma: *Τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ Νικήτα τοῦ Σερρῶν ἐξήγησις εἰς λόγους τινὰς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου* [6]).

Taurinensis Gr. 217 [b. III. 28] membran. ff. 411 saec. XIV deletus est a. 1904 [7]). In codice inerant Gregorii Nazianzeni

---

[1]) Gardthausen, Catal. l. p. 79.

[2]) Gardthausen, Catal. l. p. 79 sq.

[3]) V. Beneševič, Catalogus codicum mss. Graecorum qui in monasterio S. Catharinae in Monte Sina asservantur. Tomus I: Codd. mss. notabiliores bibliothecae monast. Sinaitici eiusque metochii Cahirensis, ab archimandr. Porphyrio (Uspenskio) descripti... Petropoli 1911, p. 203 sq.

[4]) *Α. Παπαδοπούλου τοῦ Κεραμέως Κατάλογος τῶν χειρογράφων τῆς ἐν Σμύρνῃ βιβλιοθήκης τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς μετὰ παραρτήματος περιέχοντός τινα ἀνέκδοτα, Σμύρνῃ* 1877, p. 11 num. 6.

[5]) Papadopulos-Kerameus, Catal. l. p. 50 num. 114.

[6]) Papadopulos-Kerameus, Catal. l. p. 55 num. 123.

[7]) Gaetano de Sanctis, Inventario dei codici superstiti greci e latini

orationes 14 (oratt. 1. 45. 44. 42. 21. 15. 19. 38. 43. 39. 40. 14. 16. 24) cum commentario Nicetae Heracleensis [1]).

Vaticanus Gr. 457 chartac. ff. 418 (mm. 260 × 183) saec. XIV. Fol. 1^{v} legitur scriptum: „Liber Laudiuii Veranensis Cypri emptus 14. LXVIIII“. Codex constat tribus partibus (p. I fol. 1—143; p. II fol. 144—272; p. III fol. 273—418) et complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis. Fol. 2 in margine superiore manus posterior adnotavit: *Πρόλογος καὶ ἐξήγηϲιϲ τοῦ ϲέρου κυροῦ Νικήτα.*

Vaticanus Gr. 459 membran. ff. 274 (mm. 313 × 230) saec. XII exaratus est. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis. Fol. A^{v} praevio est lemma scriptum rubro: *Τοῦ Ϲερρῶν λεγομένου κυροῦ Νικήτα, γεγονότοϲ δὲ μητροπολίτου Ἡρακλείαϲ, ἐξήγηϲιϲ εἰϲ τοὺϲ ἀναγινωϲκομένουϲ δεκαὲξ λόγουϲ τοῦ θεολόγου.*

Vaticanus Gr. 466 chartac. ff. 189 (mm. 248 × 190) saec. XIV. Fol. 2 legitur: „N 34“ et infra „319 V“ et „466 Λ“. Fol. 5—162 exstant in codice Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis. Or. 1 est inscripta: *Τοῦ ἐν ἁγίοιϲ... καὶ εἰϲ τὴν βραδυτῆτα· ἡ ἐξήγηϲιϲ τοῦ Ἡρακλείαϲ.*

Vaticanus Gr. 487 chartac. ff. 270 (344 × 252) saec. XIII. Codex exhibet fol. 1—264^{v} Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis.

Fol.	1 —6^{v}.	Or.	1.	Fol.	120^{v}—156^{v}.	Or.	43.
„	7 —49.	„	45.	„	156^{v}—170.	„	39.
„	49 —59^{v}.	„	44.	„	170 —196.	„	40.
„	59^{v}—77^{v}.	„	41.	„	196 —201^{v}.	„	11.
„	77^{v}—89.	„	15.	„	201^{v}—219.	„	21.
„	89 —99.	„	24.	„	219 —234.	„	42.
„	99 —108^{v}.	„	19.	„	234 —252.	„	14.
„	108 —120^{v}.	„	38.	„	252 —264^{v}.	„	16.

Fol. 265 —268 sunt argumenta orationum 16 alia atque illa Nicetae. In Indice manuscripto codicum Vaticanorum

antichi della Biblioteca Nazionale di Torino. Rivista di filol. e d' istruz. class. vol. XXXII (1904) p. 385 sqq.

[1]) Ios. Pasini, Codices mss. Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei... vol. I (Taurini 1749) p. 310: „...tum vero in titulo primae homiliae, licet pene abraso, legitur adhuc nomen Serronii Heracleensis“...

Graecorum vol. I p. 427 prooemia haec Nicephoro Callisto Xanthopulo adscribuntur, sed perperam, nam Nicephorus alias orationes, non illas sedecim illustravit. Fol. 269—270 leguntur manu posteriore scripti *Νικηφόρου Καλλιςτου τοῦ Ξανθοπούλου βαςιλεῖς Ῥωμαίων καὶ πατριάρχαι Βυζαντίου.*

Vaticanus Gr. 662 chartac. ff. 253 (mm. 243 × 185) saec. XIV exhibet fol. 250—253ᵛ Gregorii Nazianzeni or. 1 cum Nicetae Heracleensis commentario.

Vaticanus Gr. 1251 membran. ff. 207 saec. XI—XII (fol. 14—207, nam fol. 1—7 sunt chartac. et manu saec. XVI, fol. 8—13 membran. saec. XV scripta) binis columnis est exaratus. Fol. 2 infra legitur scriptum: „Ant.ⁱⁱ Card. Carafae Bibliothecarii Munus ex Testamento". Ibidem supra exstat: „Nō. XXXVI". In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis expositione. Or. 16 et commentarius carent fine; fol. 207ᵛ desinit in commentario in cap. 5 fin.

Vaticanus Gr. 1273 membran. ff. 63 (mm. 250 × 190) saec. XIII est scriptus. Fol. 2 infra est scriptum: „Ant.ⁱⁱ Card. Carafae Bibliothecarii Munus ex Testamento". Codex initio et fine mutilus est et continet fol. 32—48 et 48—63 Gregorii Nazianzeni or. 41 et 40 cum commentario Nicetae Heracleensis.

Vaticanus Gr. 1496 (pars I—III) chartac. ff. 414 (mm. 298 × 220) saec. XIV exceptis foliis 1—19 et aliis in medio codice, quae saec. XV (fol. 3; 8—9; 11—15...) et XVI (fol. 1—2; 4—7; 10; 16—19...) sunt scripta. Fol. A praevio legitur infra scriptum: „Collegii Graecoru' 1527". Codex, qui fine mutilus est, continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis expositione.

Vaticanus Gr. 1755 membran. ff. 321 (mm. 210 × 148) saec. XIII (a. 1294) manu Constantini cuiusdam est exaratus [1]. In codice insunt (fol. 1—317ᵛ) Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum commentario Nicetae Heracleensis. Fol. 1 est lemma: *Ἐξήγηςις τῶν τοῦ θεολόγου Γρηγορίου λόγων Νικήτα διακόνου καὶ διδαςκάλου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκληςίας τοῦ Σερρῶν...*

Vaticanus Ottobonianus Gr. 46 chartac. ff. 212 (mm. 347 × 234) saec. XVII continet fol. 197—200 Gregorii Nazianzeni

---

[1]) Videas subscriptionem cod. fol. 317ᵛ. Cf. Vogel-Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance, p. 253, ubi scribendum est *κυρ βαςιλοπουλου...*

or. 19 cum expositione Nicetae Heracleensis (L. *Νικήτα Σεῤῥῶ εἰς τὸν τοῦ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὸν ἐξισωτήν*...[1]).

Vaticanus Ottobonianus Gr. 447 chartac. ff. 385 (mm. 295 × 173) saec. XIV. In principio codex mutilus a diversis manibus suppletus est fol. 1—72 (fol. 1—64 saec. XVI; fol. 65—72 saec. XV), et continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 (or. 1. 45... 43. 39. 16. 11. 21 fine mutilae) cum expositione Nicetae Heracleensis [2]. Fol. 2 legitur lemma: *Τοῦ ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας τοῦ Σερρῶν κυρ Νικήτα εἰς τοὺς λόγους τοῦ... Γρηγορίου... τοῦ θεολόγου ἐξήγησις.*

Vaticanus Palatinus Gr. 16 chartac. ff. 421 (mm. 270 × 228) saec. XIII. In codice exstant Gregorii Nazianzeni orationes 15 cum commentario Nicetae Heracleensis [3].

Fol. 1 —56ᵛ.	Or. 45.	Fol. 228ᵛ—250ᵛ.	Or. 39.
„ 57 —72.	„ 44.	„ 250ᵛ—295.	„ 40.
„ 72 —99.	„ 41.	„ 295 —301.	„ 11.
„ 99 —116ᵛ.	„ 15.	„ 301ᵛ—331.	„ 21.
„ 116ᵛ—130.	„ 24.	„ 331 —360.	„ 42.
„ 130 —143.	„ 19.	„ 360 —390ᵛ.	„ 14.
„ 143ᵛ—164.	„ 38.	„ 391 —414.	„ 16.
„ 164 —228ᵛ.	„ 43.		

Folia sequentia conscripta sunt manu posteriore et exhibent Basilii Magni or. in Christi Natalem (fol. 414) et in S. Baptisma (fol. 417ᵛ).

Vaticanus Palatinus Gr. 24 membran. ff. 298 in 4⁰ saec. XII (a. 1144) manu Georgii exaratus est [4]. Codex complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 8 cum Nicetae Heracleensis commentario [5].

Fol. 3—13ᵛ.	Or. 1.	Fol. 102ᵛ—126.	Or. 44.
„ 14—102ᵛ.	„ 45.	„ 126 —163.	„ 41.

[1]) E. Feron et F. Battaglini, Codices mss. Graeci Ottoboniani Bibliothecae Vaticanae, Romae 1893, p. 33.

[2]) Feron-Battaglini, Catal. l. p. 250.

[3]) H. Stevenson sen., Codices mss. Palatini Graeci Bibliothecae Vaticanae, Romae 1885, p. 8 sq.

[4]) Videas subscriptionem in cod. fine. Cf. Vogel-Gardthausen l. l. p. 87.

[5]) Stevenson sen., Catal. l. p. 13 sq.

Fol.	163^v—181.	Or. 19.	Fol.	206^v—263^v.	Or. 43.
„	181 —206^v.	„ 38.	„	263^v—290^v.	„ 39.

Fol. 290^v—fin. est Ioannis Damasceni or.: Quo modo colendae sint sanctae venerabiles imagines qualisque honor illis tribuendus.

Vaticanus Palatinus Gr. 401 chartac. ff. 363 in fol. a Picandro Kittingero sumptibus Electoris Ottonis Henrici scriptus est. In codice insunt Gregorii Nazianzeni orationes 10 cum expositione Nicetae Heracleensis [1]).

Fol.	1 —13^v.	Or. 1.	Fol.	178 —227.	Or. 40.
„	13^v—52.	„ 41.	„	227 —236.	„ 11.
„	52^v—82.	„ 38.	„	236 —262.	„ 21.
„	86 —147^v.	„ 43.	„	262 —290.	„ 42.
„	150 —178.	„ 39.	„	290 —317.	„ 14.

Fol. 317 sqq. exstant Nicetae Davidis paraphrases tetrastichorum Gregorii Nazianzeni etc. [2]).

Vaticanus Gr. Pii PP. II num. 5 chartac. ff. 437 in 4° saec. XV manu Michaëlis Apostolii scriptus est [3]). Olim fuit codex monasterii S. Silvestri. Continentur codice (fol. 1—342^v) Gregorii Nazianzeni orationes 13 (or. 1... 16) cum commentario Nicetae Heracleensis [4]). De aliis, quae exhibet codex (argumenta et scholia anonymi in oratt. Greg. Naz.), conferas velim infra p. 165.

Venetus Marcianus Gr. 73 chartac. ff. 402 (mm. 337 × 235) saec. XIII est scriptus et complectitur Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum Nicetae Heracleensis commentariis [5]), qui dispositi sunt hoc ordine:

Fol.	2 —9^v.	Or. 1.	Fol.	85^v—109^v.	Or. 41.
„	9^v—68.	„ 45.	„	110 —124^v.	„ 15.
„	68 —85^v.	„ 44.	„	125 —137.	„ 24.

---

[1]) Stevenson sen., Catal. l. p. 259 sq.

[2]) Sajdak, De codicibus Graecis in Monte Casino, p. 76.

[3]) Cf. Vogel-Gardthausen l. l. p. 309 et ibid. adnot. 6.

[4]) Stevenson sen., Codices mss. Graeci Reginae Suecorum et Pii PP. II Bibliothecae Vaticanae, Romae 1888, p. 135.

[5]) A. M. Zanetti-A. Bongiovanni, Graeca D. Marci Bibliotheca... Venetiae 1740, p. 51, qui nihil de commentariis dicit. Iac. Morelli, Bibliotheca manuscripta Graeca et Latina tom. I (Bassani 1802) p. 69. T. Sinko, O rękopisach mów św. Grzegorza z Nazyanzu w bibliotekach włoskich, Eos vol. XII (1906) p. 105.

Fol. 137 —150^{v}.	Or. 19.	Fol. 298 —305.	Or. 11.
„ 150^{v}—169^{v}.	„ 38.	„ 305 —331^{v}.	„ 21.
„ 169^{v}—188^{v}.	„ 39.	„ 331^{v}—355.	„ 42.
„ 188^{v}—233^{v}.	„ 40.	„ 355^{v}—382^{v}.	„ 14.
„ 233^{v}—298.	„ 43.	„ 382^{v}—402^{v}.	„ 16.

Venetus Marcianus Gr. II, 37 [Nanianus 58] membran. ff. 370 (mm. 268 × 187) saec. XII est exaratus, et continet Gregorii Nazianzeni orationes 16 cum expositione Nicetae Heracleensis [1]).

Fol. 1 —9^{v}.	Or. 1.	Fol. 212 —229^{v}.	Or. 39.
„ 9^{v}—64^{v}.	„ 45.	„ 230 —270.	„ 40.
„ 64^{v}—79.	„ 44.	„ 270 —274.	„ 11.
„ 79 —103.	„ 41.	„ 274 —302.	„ 21.
„ 103 —115^{v}.	„ 15.	„ 302 —326^{v}.	„ 42.
„ 115^{v}—124^{v}.	„ 24.	„ 326^{v}—352.	„ 14.
„ 124^{v}—138.	„ 19.	„ 352 —fin.	„ 16.
„ 138^{v}—157.	„ 38.	Oratio et commentarii fine carent.	
„ 157 —211^{v}.	„ 43.		

Vindobonensis theol. Gr. 6 N [95 L] chartac. ff. 158 (mm. 375 × 270) saec. XIII scriptus altera pars esse videtur codicis, qui olim 16 orationes Gregorii Nazianzeni cum expositione Nicetae Heracleensis continuerat. Nunc insunt in codice orationes 8 cum commentario Nicetae [2]). Fol. 1 est finis commentarii in or. 38.

Fol. 1 —39.	Or. 43.	Fol. 86 —106^{v}.	Or. 21.
„ 39 —52^{v}.	„ 39.	„ 106^{v}—125^{v}.	„ 42.
„ 52^{v}—81^{v}.	„ 40.	„ 125^{v}—145.	„ 14.
„ 81^{v}—86.	„ 11.		

